DE DEMOSTHENIS QUAE FERTUR ADVERSUS PHORMIONEM ORATIONE.

434

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

LITTERARUM UNIVERSITATE RUPERTO-CAROLA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS OTTO

WISIBADANUS.

AQUIS MATTIACIS

TYPIS EXPRESSIT L. SCHELLENBERG

MDCCCLXXXIX.

Oratio aduersus Phormionem conscripta, quam suscipimus tractandam, inter Demosthenicas tricesimum quartum, in numero septem paragraphicarum quae uocantur orationum tertium obtinet locum. De eius inscriptione libri manuscripti inter se dissentiunt. Nam cum in plurimis sic ea sit concepta: Δημοσθένους ὁ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου λόγος, duo, Parisiensem S dico et Augustanum A (primum), alter post extrema, alter ante prima orationis uerba haec exhibent uocabula: ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν, in quibus maiorem fidem inesse puto non solum auctoritate codicis S commotus, sed etiam ceterarum paragraphicarum orationum inscriptionibus huic simillimis, cum omnibus his significetur pertinere orationes ad exceptionum actiones [1]).

Neque uero quisquam ueterum grammaticorum aut criticorum aut lexicographorum aperte dubitauisse uidetur de uere Demosthenica huius orationis origine. Sed ubi primum ea Callimachi Cyrenaei haud dubie iudicio, a quo uiro doctissimo librorum manuscriptorum bibliothecae Alexandrinae indices (πίνακες) [2]) maxima ex parte sunt repetendi [3]), digna

---

[1]) cf. orr. [XXXII.] πρὸς Ζηνόθεμιν παραγραφή, [XXXIII.] πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή, [XXXV.] πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν, XXXVI. παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος, XXXVII. παραγραφὴ πρὸς Πανταίνετον, XXXVIII. παραγραφὴ πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξ.

[2]) cf. Suidas s. u. Καλλίμαχος: πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κʹ καὶ ρʹ.

[3]) cf. quae de hac re exposuerunt Rehdantzius in A. Schaeferi libro „Demosthenes und seine Zeit“ inscripto uol. III. part. II. pag. 317 prxx., Siggius („Der Verfasser der 9 angeblich von Demosthenes für Apollodor geschriebenen Reden“) in annal. philol. suppl. VI. pag. 399 prxx., H. Sauppius in epist. crit. ad G. Hermannum (Lips. 1840) pag. 49, al.

est iudicata, quae in indice oratorum Graecorum siue *ἀναγραφῇ τῶν ῥητορικῶν* scil. *συγγραμμάτων* [1]) Demosthenicarum orationum corpori adiungeretur: a Demosthene re uera eam esse conscriptam uulgo ueteres pro certo putabant — quod quidem uideamus. Nam erant iam tum, quamuis perpauci, — imprimisque hoc loco Dionysius Halicarnassensis est laudandus — qui perspicerent, quam Callimachus neglegenter atque leuiter parumque usus critica ratione, cum non tam rhetorica quam poëtica delectaretur arte, in ingenti orationum turba inter oratores dispensanda uersatus esset et quam haud semel perperam alteri alterius tribuisset orationem [2]) uestigiis adductus leuissimis: sed ut maxime est dolendum, quod ignoratur omnino, quid Dionysius, summus ille atque clarissimus Demosthenis criticus, iudicauerit de longe plurimis Demosthenis orationibus priuatis, quo in numero nostra quoque est, ita Harpocration, cum orationis XXXIIII facit mentionem, eo quod uerba orationibus in dubium uocatis plerumque adiecta, quae sunt *εἰ γνήσιος ὁ λόγος*, addere omittit, non abiudicandam Demostheni eam esse uidetur profiteri; s. u. *ἐπιθέτους ἑορτάς: ἐπιθέτους δὲ ἐπιστολὰς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θρασυβούλου τινὰς ὀνομάζει, λέγοι δ᾽ ἂν τὰς δοθείσας τισὶν ὥςτε διακομίσαι. λέγειν γὰρ ἦν εἰθισμένον ἐπέθηκεν ἐπιστολὰς ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν* — et s. u. *ἔφεκτος τόκος: ὁ ἐπὶ τῷ ἕκτῳ τοῦ κεφαλαίου· Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου.* Consentit cum hoc Iulius Pollux, cum in onomastici libri noni seg-

---

[1]) cf. Athenaeus XV. 669d *καὶ τὸν λόγον τοῦτον (τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου) ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ.*

[2]) cf. Dionys. Halic. de Dinarcho iudic. cap. I: *ὁρῶν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔτε Καλλίμαχον οὔτε τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς περὶ αὐτοῦ γράψαντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ μηδὲν ἐξετάσαι περὶ αὐτοῦ τῶν ἀκριβεστέρων ἡμαρτηκότας ὡς μὴ μόνον ἐψεῦσθαι πολλά, ἀλλὰ καὶ λόγους τοὺς οὐδὲν μὲν αὐτῷ προσήκοντας ὡς Δεινάρχου τούτῳ προστίθεσθαι, τοὺς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ γραφέντας ἑτέρων εἶναι λέγειν. .* — Harpocrat. s. u. *ἐνεπίσκημμα: Δημοσθένους πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ Ἁλικαρνασσεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.*

mento quadragesimo quinto dicit: ἥπου δὲ καὶ πομπεῖον εἴη ἂν οἴκημα κοινὸν Δημοσθένους εἰπόντος ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου. De Plutarchi uerbis, quae sunt in Demosthenis uitae capite quinto decimo, quae Rehdantzius ad nostram orationem referenda esse suspicatur, quid sit iudicandum, uid. Schaeferum [1]), Siggium [2]), Lortzingium [3]).

Nostris demum temporibus exstiterunt, qui facere non posse sibi uiderentur, quin spuriam atque suppositam hanc orationem esse affirmarent. Atque primus, quod quidem inuenerim, G. E. Benselerus [4]) uocalium concursus in Demosthenis orationibus perscrutatus propter magnam hiatuum multitudinem minime eam a Demosthene scriptam esse contendit. Nec multo post A. Schaeferus aliis causis adductus est, ut idem statueret. Denique Blassius [5]) omnibus quaestionibus diligentissime ponderatis ne pedem quidem ab illis recessit. Multi praeterea aut plerique uiri docti horum sententiae assentiuntur, quos longum est enumerare, cum perpauci hodie orationem illam pro genuina habendam esse censeant, quam opinionem abhinc triginta fere annos unus Joannes Herrmannus [6]) paucis uerbis comprobare studuit, cum diceret: „Für die Ächtheit spricht die Art der Motivierung und der Folgerungen, der Disposition und des Ausdrucks sowie deren grosse Ähnlichkeit mit der Leptinea in einzelnen Teilen"; cui explicationi Schaeferus eadem breuitate argumentationis usus haud inepte respondit sic: „worin diese Ähnlichkeit liegen soll, weiss ich nicht; ich finde in der Rede den Demosthenischen Charakter nicht".

[1]) l. l. uol. III. part. II. pag. 177. not. 4.

[2]) l. l. pag. 408 prx.

[3]) diss. q. i. „de orationibus, quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur", Berolini 1863, pag. 22. not. 6.

[4]) „de hiatu in oratoribus atticis et historicis graecis libri duo", Fribergae 1841, pag. 149 et „de hiatu in Demosthenis orationibus", Fribergae 1848.

[5]) „die attische Beredsamkeit", uol. III. part. 1. pag. 515.

[6]) „einleitende Bemerkungen zu Demosthenes' paragraphischen Reden", Erfurt 1855, pag. 13.

Darestius de uera huius orationis origine quaerere omnino supersedit [1]).

Haec fere praemonenda erant, ut inde a primo initio esset perspicuum, quonam usque uirorum doctorum studia in hac oratione diiudicanda processissent. Quae cum eiusmodi sint, ut Horatianum illud „adhuc sub iudice lis est“ ad eam fere non iam possit adhiberi, facile dicat quispiam plane superuacaneum esse denuo de quaestione ad finem ut aiunt perducta disceptare. Cui equidem respondebo mihi quoque quae uiri illi docti contra Demosthenicam orationis originem protulerunt probari illa quidem et tanquam fundamenta totius quaestionis esse, sed stabilienda uideri esse, quo facilius aliis persuadeatur, ut nobiscum factitent.

Atque initium ut capiamus inquirendi, proficiscamur a quaestione difficillima, ad quam inde ab antiquis temporibus usque ad hos supremos annos uiri docti animos uel maxime attenderunt, cum alius aliam persoluendae difficultatis iniret rationem. Quaeritur, utrum ab uno Chrysippo an a duobus, Chrysippo eiusque fratre, an a tribus hanc orationem dictam esse censeamus, quippe in qua nouum illud atque inauditum fiat, ut is quem initio ipsum uerba facere uidemus — cf. §. 6 *ἐγὼ ἐδάνεισα*, al. — haud multo post tertiae personae pronomine semel iterumue significetur — cf. §. 23 *οὗτος ἐδάνεισεν*, al. Atque primum Libanius, quem sequuntur Schoemannus [2]) et A. G. Beckerus [3]), in argumento ita diuidit orationem, ut priorem partem usque ad paragraphum 21 pertinentem Chrysippo et quae inde a uerbis *ἀκούσας τοίνυν ἡμῶν* leguntur alteri tribuat [4]). Reiskius huic tres addit paragraphos, ut eius prima uerba sint in §. 18 haec:

[1]) „les plaidoyers civils de Démosthène, traduits en français, avec arguments et notes“, Paris 1875, uol. I. pag. 293.

[2]) Meier und Schoemann, „der attische Process“, Halle 1824, pag. 711. not. 22.

[3]) „Demosthenes als Staatsmann und Redner“, Halle und Leipzig 1815, pag. 426 prx.

[4]) pag. 906, 17 *τετήρηται δὲ ἐν τῷ λόγῳ ταὐτὸν ὅπερ καὶ περὶ τὸν κατὰ Νεαίρας, ὅτι μὴ ὑφ᾽ ἑνὸς εἴρηται προσώπου. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἑκατέρου διαστολὴ φανερὰ, ἐνταῦθα δὲ συγκέχυται. δοκεῖ δὲ ἔμοιγε ἐντεῦθεν ὁ δεύτερος λέγειν „ἀκούσας τοίνυν ἡμῶν . . .“ κτλ.*

μελλούσης δὲ τῆς δίκης, cum G. H. Schaeferus [1]) malit fratrem a §. 22 demum uerbis *ἐξ αὐτοῦ δὴ τοῦ πράγματος* incipere loqui: „ut prioris oratio *τὰ μαρτυρούμενα*, quae Phormionem recta conuincerent, posterioris *τὰ τεκμήρια καὶ τὰ εἰκότα*, quae et ipsa, etsi per ambages, demonstrarent fraudem factam, complexa sit". Sed quam his omnibus diuisionibus multi moueantur scrupuli, quis est quin uideat, cum exempli gratia conferat §. 23 uerba *οὗτος ἐδάνεισεν* cum §. 31 *ἐμοὶ τῷ δανείσαντι*, deinde §. 29 *τὸν παῖδα τὸν τούτου* cum §. 41 *τὸν παῖδα τὸν ἐμόν*, tum §. 31 *τῆς συγγραφῆς σοι κειμένης Ἀθήνησι καὶ πρὸς ἐμέ* cum §. 32 *εἰδὼς κατὰ σοῦ κειμένην Ἀθήνησι συγγραφὴν πρὸς τοῦτον*, alia, quae ab illis uni attribuuntur, sed certe non ab uno eodemque dicta esse possunt? Quare recentiores interpretes etiam atque etiam orationem diuidentes his quae inter se repugnantia esse dixi mederi studebant. Ac Baiterum Sauppiumque, editores Turicenses, secutus A. Schaeferus [2]), cui adstipulatur Darestius, tripartitam eam uult esse, ita ut Chrysippo sint attribuenda, quae leguntur inde a §. 1 usque ad §. 18 et a §. 33 usque ad finem, eiusque fratri quae inter §. 18 et §. 33 intercedunt. Nitschius uero uel quinque partes statuit, cum dicit [3]): „Demosthenis in Phormionem orationem ita distribuo inter eius actores: 1—17 (*ἔχητε*) Chrysippus loquitur, 18—29 (*κοινωνόν*) eius frater, 30—31 (*ἴστε — ἐλεύθερον*) Chr., 32—33 (*ἡ γὰρ — ἐνθέσθαι*) frater, 34—52 (*καὶ τὸ μὲν — κελεύητε*) denique Chr.", qua diuidendi ratione addere cogitur: „§. 32 scribendum est *ὅδε — ἐποιήσατο* pro *οἵδε ἐποιήσαντο*, §. 40 fortasse *ἐπεδείξαμεν* pro *ἐπέδειξα*". Lortzingius [4]) scribendum esse censet *καὶ οἱ μὲν ἐποιησάμεθα*. Sed ne sic quidem omnes tolluntur difficultates. Schaefero concedo nihil obstare, quominus quo iure Chrysippus, eodem frater pecuniam Phormioni mutuam datam

---

[1]) „apparatus criticus et exegeticus ad Demosthenem", tom. IV. pag. 547.

[2]) l. l. pag. 304 prx.

[3]) „de traiciendis partibus in Demosthenis orationibus", Berolini 1863, diss. thes. 4.

[4]) l. l. thes. 1.

significet suam seque ipsum creditorem, cf. §. 18 *τὸ ἐμὸν χρυσίον*, §. 22 *ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς χρήμασιν*, §. 31 *ἐμοὶ τῷ δανείσαντι*, cum una cum Chrysippo uideatur contulisse: sed ualde mihi dubium est, an nemo unquam re uera apud iudices ita se gesserit aut unquam omnino sit gesturus, ut, cum ei liceat de tota re ut de sua loqui, sine ulla causa modo ita dicat, ut particeps uideatur esse rei, modo ita, ut omnino non ad ipsum, sed ad alterum res uideatur pertinere, idque quidem paucis intercedentibus uerbis. Magis Nitschii placet ratio, quamquam ne haec quidem uacat offensionibus, ueluti minime congruit, quod frater, cum de tota pecunia mutua data ut de sua semper loquatur — cf. §. 18 *μερισάμενος τὸ ἐμὸν χρυσίον*, §. 22 *ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς χρήμασιν ἐπιδανεισάμενος* —, ab altero eam creditam esse affirmat, cf. §. 23.

Sed ut omittamus de dubiis his uanisque orationis inter actores dispertiendae rationibus uberius disputare: si nobiscum rem acriter reputabimus, apparebit, quam omnino non sit probabilis talis orationis distractio. Quid enim causae putas esse, cur Chrysippus, si modo logographi qui dicitur adeundi consilium cepit, ab eo petiuerit, ut oratiunculam non sibi soli, sed alteri quoque alternis dicendam conficeret? Sed fac causa nescio qua adductum eum esse, ut tam singularem posceret rem: num Demosthenem huic obsequi studuisse putas, utpote qui, quo tempore haec causa est acta, summam eloquentiae laudem esset consecutus? Minime equidem hoc mihi persuadere possum, praesertim cum in ceteris Demosthenicis aut in omnibus oratorum atticorum orationibus nulla exstet, quae cum hac possit comparari. Ne quis mihi orationem in Neaeram scriptam obiciat. Nam in hac res aliter se habet: non saepius, sed semel actorum fit mutatio eaque quidem certis probatur causis atque ita est comparata, ut nemo ignoret, unde alter loqui incipiat [1]), quae omnia plane

[1]) cf. Dem. or. [LVIIII.] 14 .... *δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄ. δ., ἅπερ ἡγοῦμαι προσήκειν δεηθῆναι νέον τε ὄντα καὶ ἀπείρως ἔχοντα τοῦ λέγειν, συνήγορόν με κελεῦσαι καλέσαι τῷ ἀγῶνι τούτῳ Ἀπολλόδωρον* — et quae ab altero dicta sunt prima uerba §. 16 *ἃ μὲν ἠδικημένος, ὦ ἄ. Ἀ., ὑπὸ Στεφάνου ἀναβέβηκα κατηγορήσων Νεαίρας ταυτησί, Θεόμνηστος εἴρηκε πρὸς ὑμᾶς. ὡς δ' ἐστὶ ξένη Νέαιρα, — τοῦτο ὑμῖν βούλομαι σαφῶς ἐπιδεῖξαι.*

diuersa esse ab oratione contra Phormionem habita nemo est quin uideat.

Quibus rebus consideratis non miraberis, quod alii alias uias ingressi sunt uiri critici ad hanc quaestionem soluendam, rati orationem quam nunc legimus non esse saluam incolumemque, sed aut esse retractatam atque correctam aut interpolatam a nescio quo. Ac R. Dunckerus[1]) „locum §. 22—§. 33, principium illud omnium fere difficultatum ac fontem, ex oratione ut aliena manu compositum remouendum esse“ ex nonnullis loquendi rationis concludit discrepantiis, quas inter hunc locum et reliquam orationem statuit esse, et ex eo, quod „multa eorum, quae hic locus habet, ab aliis huius orationis locis petita sunt“. Audacius istud quidem haud dubie quam rectius. Non dicam hoc loco, quam illarum discrepantiarum uis non mediocriter idcirco sit impugnanda, quod in longe plurimis orationibus argumentatio plus habeat ornatus oratorii quam reliquae orationis partes; praetermittam illud etiam, de quo infra accuratius loquar, omnino abundare orationem nostram repetitionibus: hoc quaero offensione nonne sit dignissimum, quod non dubitat uir ille doctus putare rhetorem uel grammaticum aliquem tam esse sagacem subtilemque, ut lacunam inter §. 21 *ἵν' αὐτὸς μὴ ἐπιορκήσειεν* et §. 33 *λέγει δ' ὡς* uerba esse ortam ex loco posteriore concludat, tamque cupidum remouendi orationis difficultates, ut expleat lacunam et uerba quaedam superuacanea adiciat, nec tamen secum reputare, quam faciat inepte atque inscite, quod uerba orationem supplentia pleraque alii attribuat atque Chrysippo ante ea et post ea dicenti. Qua in re utrum magis sit uituperandum ignoro, quod demandet omnino rhetor ille uerba alii, an quod nequaquam sibi constet, sed modo hunc modo Chrysippum faciat dicentem. Adde quod sententiam suam Dunckerus nisi coniciendo — scribendum enim putat esse in §. 20 *εἰρηκέναι ταῦτα πρὸς τούτοις* pro *τοῦτον* — sustinere non potest. — Sequitur, ut audiamus

---

[1]) diss. q. i. „inter priuatarum causarum orationes Demosthenicas quae pro genuinis habendae sint quaeque pro falsis“, Greiffenberg (Pommern) 1877, pag. 12 prxx.

Blassium. Is ex eo, quod in §. 32 uerba *οἴδε ἐποιήσαντο* leguntur, quae neque a Chrysippo neque a fratre dicta esse possunt, concludit orationem ab ultimo initio ita fuisse comparatam, ut a neutro horum, sed a patrono aliquo, quem *συνήγορον* uocant Graeci, diceretur, et postea, ubi Chrysippus eam ipse habere constituisset, cum opus esset retractatione, non ea qua deberet opera atque diligentia pronominum commutationem esse factam, ita ut saepius legatur pronomen demonstratiuum pro personali pronomine. Quam ego explicationem adeo non reicio, ut ad eam confirmandam sperem aliquid a me conferri posse. Quid? maximi nonne est momenti, quod in uno eodemque paragraphi uicesimae enuntiato et personale pronomen — *ἀγανακτοῦντος δέ μου . . . καὶ παρεχομένου πρὸς τὸν διαιτητὴν τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν, ἥνπερ καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς παρέχομαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς προςελθόντων αὐτῷ μεθ᾽ ἡμῶν* — et demonstratiuum — *ὡμολόγει μὲν εἰρηκέναι ταῦτα πρὸς τοῦτον* — ad eundem spectat Chrysippum?[1]) Reliquum est, ut *ἐν τῷ μέρει* uerba paragraphi primae huic interpretationi minime obstare moneam: de qua re accuratius dicetur alio loco.

Satis igitur uidetur apparere orationem XXXIIII. ab uno auctore eo consilio esse conscriptam, ut ab uno actore, non a duobus apud iudices haberetur.

Veniamus nunc

ad elocutionem,

quam qui diligenter examinauerit, non dubitabit negare hanc orationem a Demosthene esse compositam.

Atque primum quidem

de delectu et structura uerborum

uidetur esse disserendum. Sequemur autem orationis ordinem in enumerandis eis, quae aliena sunt a Demosthenis usu.

§. 1: *Δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ᾽, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ᾽ εὐνοίας ἐν τῷ μέρει λεγόντων*: nonnulla his in uerbis insunt, quae cum similibus ceterarum orationum

[1]) cf. §. 35 *καὶ ὁ Λάμπις, ὅσα μὲν εἶπε πρὸς ἐμὲ πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι, οὐκ ἐντὸς ὢν αὑτοῦ φησιν εἰπεῖν.*

enuntiatis minime congruunt. Praebent autem eiusmodi locos orr. XVIII. 6 *ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως*, XVIIII. 1 ... *δεήσομαι δὲ πάντων ὑμῶν, ἃ καὶ τοῖς μὴ δεηθεῖσι δίκαιόν ἐστιν ὑπάρχειν, κτλ.* XXI. 7 *δέομαι οὖν ὑμῶν ἁπάντων, ὦ ἄ. δικ., καὶ ἱκετεύω ... εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου λέγοντος*, XXIII. 19 *ἃ δὴ δέομαί τε καὶ ἀξιῶ παρὰ πάντων ὑμῶν τυχεῖν, δίκαια*, XXVII. 3 *δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι καὶ* .., [XXVIIII.] 4 *δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., δικαίαν δέησιν, ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι*, [XXXII.] 3 *δέομαι δ' ὑμῶν πάντων, ὦ ἄ. δικ*, ... *προςσχεῖν (τὸν νοῦν)*, [XXXIII.] 16 *δέομαι δὲ ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντ' ἀκοῦσαί μου*, [XXXV.] 5 *ἐγὼ δ' ὑμῶν δέομαι, ὦ ἄ. δικ., εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου περὶ τοῦ πράγματος τουτουί*, XXXVII. 3 *δεήσομαι δὲ καὶ μέτρια καὶ δίκαια ὑμῶν ἁπάντων, ἀκοῦσαί τέ μου* ... *εὐνοϊκῶς καὶ* ..., XXXVIII. 2 *δεήσομαι δὲ καὶ δίκαια καὶ μέτρια ὑμῶν ἁπάντων* ... *εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου λέγοντος*, (cf. §. 28 *ἡμεῖς ὑμῶν ἁπάντων, ὦ ἄ. δικ., δεόμεθα* ...), [XXXX.] 4 *δέομαι οὖν ἁπάντων ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι οὕτως ὅπως ἂν δύνωμαι λέγοντος καὶ* .., [XXXXII.] 4 *δέομαι οὖν ὑμῶν ἁπάντων, ὦ ἄ. δικ.*, ... *βοηθῆσαί μοι*, [XXXXIII.] 2 *δεόμεθα οὖν ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., εὐνοϊκῶς ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων*, [XXXXIIII.] 3 *δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., βοηθῆσαι τῷ τε πατρὶ καὶ ἐμοί*, [XXXXV.]. 1 *δέομαι δὲ πάντων ὑμῶν καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ* ... *εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου*, [XXXXVII.] 3 *δέομαι δὲ ὑμῶν κἀγὼ μετ' εὐνοίας μου ἀκροάσασθαι περὶ τοῦ πράγματος ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα*, [XXXXVIII.] 3 *δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., ἀκούσαντας ἀμφοτέρων ἡμῶν* ... *ἀποπέμψαι*, [LII.] 2 *δέομαι οὖν ὑμῶν* . .. *οὕτω καὶ νῦν διαγνῶναι*, LIIII. 2 *ἀξιῶ δὴ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν* .. *εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου περὶ ὧν πέπονθα λέγοντος*, LV. 2 *δέομαι δὴ πάντων ὑμῶν ἀκοῦσαί μου*, [LVI.] 4 *ὑμῶν οὖν, ὦ ἄ. 'Αθ., ὁμοίως ἁπάντων δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν βοηθῆσαι ἡμῖν*, LVII. 1 *δέομαι δ' ἁπάντων ὑμῶν, ὦ ἄ. δικ., καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ* ... *ἀκοῦσαι καὶ ἐμοῦ σιωπῇ*, [LVIII.] 3 *δέομαι οὖν ὑμῶν ἁπάντων, ὦ ἄ. 'Αθ., καὶ ἱκετεύω μετ' εὐνοίας ἀκοῦσαί μου.*

Abhorret igitur ab his omnibus orationibus nostra primum eo, quod initium dicendi in ea sumitur ab orandis iudicibus neque quicquam his precibus praemittitur. Tum in ipsa orandi formula pauca mihi uidentur esse uituperanda. Quis enim non offendat in collocatione uerborum *ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας ἐν τῷ μέρει λεγόντων*? Nam cum dubium non possit esse, quin beneuole a iudicibus se audiri his uerbis usus uelit orator, non placere concedes, quod *μετ' εὐνοίας* uocabula inter *ἡμῶν* uocem et participium *λεγόντων* cum hac coniunctum sunt posita, quippe qua re, grammaticam rationem si sequimur, fieri non possit, ut ad infinitiuum *ἀκοῦσαι* referantur *μετ' εὐνοίας* uerba. A Demosthene uitatum esse hoc uitium apparet ex orr. XVIII, XXI, XXXVIII, LIIII; [XXXX.] 4. Deinde recedere uidetur a consuetudine Demosthenica, quod simpliciter dicit actor „*δίκαια ὑμῶν δεησόμεθα, ὦ ἄ. δικ.*“ Solet enim summus orator „omnes“ iudices in prooemio orare, cf. orr. XVIII, XVIIII, XXI, XXIII, XXXVII, XXXVIII, LIIII, LV, LVII; [XXXII.], [XXXX], [XXXXII], [XXXXV], [L], [LVI], [LVIII]. Omissum est uerbum *πάντων* in una oratione genuina, XXVII., quam admodum adolescens scripsit Demosthenes, et in his orationibus suppositiciis: [XXVIIII], [XXXIII], [XXXV], [XXXXIII], [XXXXIIII], [XXXXVII], [XXXXVIII], [LII]. Ad extremum non monere non possum *ἐν τῷ μέρει* uerba sola, nullo addito uerbo, apud Demosthenem alio loco nullo inueniri. Quod quo facilius perspicias, omnes afferam locos, quibus *μέρος* uocabulum legitur. Sunt autem hi: I. 5, II. 14, 18, 24, 30, 31, III. 31, 34, IIII. 44, 45, VIIII. 25, [X.] 45, 53, [XI.] 8, 11, [XIII.] 31, XIIII. 17, 18 ter, 19 bis, 21 quater, 23 quater, 26, XV. 17, XVI. 19, XVIII. 61, 67, 103, (105), 121, 222, 250, 254, 266, 272, 292, XVIIII. 82, 103, XX. 26, 27, 115, XXI. (47), 126, 165, 166, XXII. 3, 61, XXIII. 17, 56, 80, 148 bis, 213, XXIIII. 7, 61, 71, [XXV.] 29, 30, 83, [XXVI.] 9, XXVII. 29, 60, 65, [XXVIIII.] 9, [XXXIIII.] 51, [XXXV.] 50, XXXVI. 32, 36, 41, 54, XXXVII. 55, XXXVIIII. 6, 20, 30, 35, [XXXX.] 2, 48, 58, XXXXI. 11 bis, [XXXXII.] 24, [XXXXIII.] 9 bis, (54), (71), 78, [XXXXIIII.] 8, 50, 59, [XXXXV.] 18, 70, [XXXXVII.] 21, 28, [XXXXVIII.]

6, 20, 30 bis, [XXXXVIIII.] 43, [L.] 8, 35, 42, [LI.] 12, [LIII.] 2, [LVI.] 12, 21, 33, 37, LVII. 8, 19, [LVIII.] 6, 13, 64, [LVIIII.] (16), (52), 101, [LX.] 33, [prooem.] KE, [epist.] III. 2, 40.

Ibid.: uerbum εἰςαφικνεῖσθαι in corpore orationum Demosthenicarum non exstat nisi hoc loco; quamquam haud erat inusitatum illis temporibus, cf. Isocrat. IV. 45, Plat. Menon. pag. 92 B, al. Eodem sensu a Demosthene simplex uerbum ἀφικνεῖσθαι est usurpatum: XVIII. 201 τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένους, XX. 31 τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον (σῖτον), 32; [XXXV.] 2 πολλῶν γὰρ ἀφικνουμένων εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, al.

§. 2: τῶν ἐν Βοσπόρῳ ἐπιδημησάντων, cf. §§. 34 ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ἐμπορίῳ (h. e. ἐν Βοσπόρῳ) ἐπιδημούντων κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, 36 ἐπιδημῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ, 41 ἐπιδημοῦντα ἐν Βοσπόρῳ: alienus est qui his locis exstat ἐπιδημεῖν uerbi usus a Demosthene. Hic enim „ἐπιδημοῦντας“ eos dicit, qui in ipsius patria uersantur, quo fit ut uerbum illud plerumque ponatur loco quo aliquis est non significato, cf.: XXI. 176 τοῦ Μενίππου τοῖς μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο, 217 τοὺς ἐπιδημήσαντας ἅπαντας τῶν Ἑλλήνων, XXXVII. 2 ἐπιδημούντων δ' ἡμῶν ἀμφοτέρων, 8 καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ μηδ' ἐπιδημοῦντος, 9 οὔτ' ἐπεδήμουν ὅλως; 44 οὐ γὰρ ἔγωγ' ἐπεδήμουν, 57 ὁ μὴ παρὼν μηδ' ἐπιδημῶν, XXXVIIII. 16 ὡς ἅπαντες ἑωρᾶτε οἱ ἐπιδημοῦντες, LVII. 39 καί μοι κάλει τοὺς ἐπιδημοῦντας αὐτῶν — [XXXIII.] 25, 26, 34, [XXXIIII.] 12, [XXXV.] 30, [XXXXIII.] 5, [XXXXVIII.] 20, 27, 28, [XXXXVIIII.] 59, 60, 62, 63 bis, [LII.] 7, 8, [LVI.] 8, [LVIIII.] 40, 67. Raro loci additur significatio: LV. 3 Ἀθήνησιν — [XXXV.] 16 id., [XXXX.] 17 ἐνθάδε (h. e. Athenis), [L.] 3 αὐτοῦ (h. e. Athenis), [LVI.] 30 ἐνταῦθα (h. e. Athenis), [LVIII.] 64 Ἀθήναζε. Semel ([LVIIII.] 37) cum uerbis εἰς τὰ Μέγαρα coniunctum est uerbum ἐπιδημεῖν.

Ibid.: συναπολλύναι uerbum apud Demosthenem non inuenitur nisi [LVIIII.] 95.

§. 4: substantiuum εὐθυδικία non repperi nisi [XXXXV.] 6.

§. 5: *δάνεισμα* uocabulum, quod legitur in §§. 5 et 29 h. or., a Demosthene semel est usurpatum, cf. or. XXXVII. 4; praeterea exstat his locis: [XXXV.] 9, 41, [XXXXVIIII.] 12, [LVI.] 1, 6, 35.

Ibid.: singulari Demosthenisque consuetudini prorsus contraria ad narrationem transeundi ratione utitur huius orationis auctor, cum dicit: „*ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ βραχέα τῶν ἐξ ἀρχῆς διηγήσασθαι ὑμῖν*“ „necesse autem est uobis pauca ex eis, quae ab initio acta sunt, narrari“. Summus enim orator ad narrationem accedens tantum abest ut partem rerum ab initio gestarum se narraturum esse pronuntiet, ut haud semel plane atque diserte dicat omnia se esse prolaturum ab ultimo initio, cf. orr. XXI. 12 *ἕκαστον ἀπ' ἀρχῆς ὧν πέπονθα ἐπιδείξας*, 77 *βούλομαι δὴ καὶ περὶ ταύτης ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς εἰπεῖν*, XXIIII. 10 *ἐξ ἀρχῆς οὖν ἐν βραχέσι τὰ πραχθέντα δίειμι πρὸς ὑμᾶς*, XXXVI. 3 *ἐξ ἀρχῆς οὖν ἅπαντα τὰ πραχθέντα ... ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων εἰπεῖν πειράσομαι*, (cf. §. 18 *τὰ μὲν οὖν πεπραγμένα ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα ἀκηκόατε*), XXXVII. 3 *ἐξ ἀρχῆς δ', ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ πραχθέντα διηγήσομαι πρὸς ὑμᾶς*, LIIII. 2 *ἐξ ἀρχῆς δ' ὡς ἕκαστα πέπρακται, διηγήσομαι πρὸς ὑμᾶς, ὡς ἂν οἷός τε ὦ διὰ βραχυτάτων* — [XXXX.] 5 *ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἂν ἐν βραχυτάτοις δύνωμαι, διηγήσομαι τὰ πραχθέντα*, [XXXXII.] 4 *ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμῖν ἅπαντα τὰ γενόμενα ... διηγήσομαι*, [XXXXIII.] 1 *ἀνάγκη ἴσως ἐστὶ τὰ πραχθέντ' ἐξ ἀρχῆς διηγήσασθαι*, [XXXXV.] 2 *ἐξ ἀρχῆς δ' ὡς ἂν οἷός τε ὦ διὰ βραχυτάτων εἰπεῖν πειράσομαι τὰ πεπραγμένα*, [XXXXVII.] 3 *ἀκροάσασθαι περὶ τοῦ πράγματος ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα*, [XXXXVIIII.] 4 *ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι ἐξ ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσασθαι ὑμῖν*, [L.] 2 *ἀναγκαῖον δή μοι δοκεῖ εἶναι ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς*, (cf. §. 21 *καὶ ταῦθ' ὑμῖν διηγησάμην ἐξ ἀρχῆς*), [LII.] 2 *ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμῖν διηγήσομαι*, [LVIIII.] 17 *τοῦθ' ὑμῖν βούλομαι ἐξ ἀρχῆς ἀκριβῶς ἐπιδεῖξαι*. Cui rationi duo aduersantur loci, qui tamen in spuriis exstant orationibus, [LIII.] 3 *διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς τὰ ἐξ ἀρχῆς* et [LVI.] 4 *τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ συμβολαίου διεξελθεῖν ὑμῖν πρῶτον βούλομαι.*

Offendimus etiam in eo, quod genetiuus qui uocatur

partitiuus pendet ex uerbo βραχύς (βραχέα) qualitatem, ut ita dicam, potius quam quantitatem significante: in Demosthenicis quidem orationibus huic adiectiuo eadem subest uis, quae adiectiuo „breuis" subest in sermone Latino. Quod ut tibi probem, omnes locos, ubi „βραχύς" apud Demosthenem legitur, diligenter collectos in medium proferam: II. 5, 10, III. 23, V. 5, VI. 6, VIIII. 26, XIIII. 32, XV. 22, [XVII.] 4, XVIII. 9, 30, 95, 196, 229, XVIIII. 6, 14, XX. 11, 75, 86, XXI. 77, 184, 196, XXII. 3, XXIII. 21, 64, 102, 144, 153, XXIIII. 10, [XXV.] 8, [XXVI.] 3, XXVII. 3, 12, XXVIII. 17, [XXVIIII.] 25, [XXXIIII.] 3, XXXVI. 3, 36, XXXVII. 3, XXXVIIII. 27, [XXXX.] 5, 21, [XXXXIII.] 18, 21, 73, [XXXXIIII.] 60, [XXXXV.] 2, [XXXXVIII.] 5, [L.] 23, 60, LIIII. 2, [LVI.] 45, [prooem.] Δ, Ε, ς, ΙΖ, ΙΗ, ΙΘ, Λς, ΛΖ, ΜΖ, ΝΓ, Νς, [epist.] I. 3. Singularis est structura [prooem.] Λς ἐπεὶ .. βραχέα αὐτῶν εἶχεν ἂν καλῶς, quae tamen uerba a Demosthene non uidentur esse profecta.

§. 6: ἐπιδανείζεται, cf. §§. 22 ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς χρήμασιν ἐπιδανεισάμενος et 50 τὸν ἐπιδεδανεισμένον ... πολλὰ χρήματα: uerbum ἐπιδανείζειν in orationibus Demosthenicis non reperitur nisi [XXXV.] 21 οὐδ' ἐπιδανείσονται ἐπὶ τούτοις, 22 ἐπεδανείσαντο χρήματα .., ibid. αὐτοῦ τοῦ ἐπιδανείσαντος.

Ibid.: ἐν τῷ Πειραιεῖ: Πειραιεύς nomen apud Demosthenem his exstat locis:

ἐκ Πειραιῶς: XVIIII. 277, 280, XX. 68, XXIIII. 134; [XXV.] 38, [XXXIII.] 18, [LIII.] 17.

ἐν Πειραιεῖ: XVIII. (37), 132, XVIIII. 60, 125, 209, XX. 11, 36, 149, XXI. (10); [XXXXIIII.] 4, [XXXXVIIII.] 22, 26, 33, 34, 61.

ἐν τῷ Πειραιεῖ: [XXXII.] 10, [XXXIIII.] 6, 37, [XXXXVII.] 20, [XXXXVIIII.] 6, [L.] 6, [LVIII.] 55.

εἰς Πειραιᾶ: XVIII. (38), XVIIII. 291, XXI. (168); [XXXXVII.] 62, [XXXXVIII.] 27, [LII.] 8.

εἰς τὸν Πειραιᾶ: VIII. 74; [XVII.] 26, [L.] 11, [LVI.] 20, 22, 37, 38, 39, 41, 42.

Praeterea cf.: VIII. 7 ἂν ἀπέχηται τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Πειραιῶς ὁ Φ., VIIII. 10 ἂν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτὴν

βαδίζῃ καὶ τὸν Πειραιᾶ, XVIII. 300 οὐχὶ τὸν κύκλον τοῦ Πειραιῶς οὐδὲ τοῦ ἄστεως, 301 ἄχρι τοῦ Πειραιῶς XVIIII. 125 τὸν Πειραιᾶ τειχίζειν, XXIII. 207.

Vides igitur in orationibus genuinis Πειραιεύς nomini praepositione instructo articulum non esse adiectum: quae lex non infirmatur eis, quae VIII. 74 et VIIII. 10 leguntur. Nam altero loco non de Demosthenis ipsius, sed de Timothei cuiusdam agitur uerbis a Demosthene laudatis, altero articulus idcirco est positus, quia nomen illud longe distat a praepositione ἐπί. Obstat tantum „ἄχρι τοῦ Πειραιῶς".

Ibid.: substantiuum φορτίον, quod est §§. 6, 7, 8, 9, 22, 40 h. or., non repperi nisi in una spuria oratione [XI.] 14.

§. 7: δέον δ' αὐτὸν καταγοράσαι .... οὐ κατηγόρασεν: uerbum καταγοράζειν non legitur apud Demosthenem. Simplex uerbum ἀγοράζειν exstat: XVIIII. 229, XXI. 149, [XXXII.] 14, [XXXV.] 19, [L.] 25, 55, [LVIIII.] 46. Ἀνταγοράζειν bis est usurpatum: [XXXV.] 24, 25.

Ibid.: δανειστής substantiuum, quod est §§. 7, 8, 50, non occurrit nisi in orationibus spuriis: [XXXII.] 12, [XXXXII.] 28 bis, [LVI.] 6, 22, 26, 28, 30, 31.

Ibid.: σὺν τῷ ἐπισιτισμῷ: uox quae est ἐπισιτισμός perraro inuenitur: neque enim exstat nisi XXIII. 155. Porro σύν praepositio a Demosthene longius aetate prouecto non plus quam semel est adhibita, XVIIII. 155 τὰς δὲ ἄλλας πάσας καθήμεθ' ἐν Πέλλῃ, πρὶν Φίλιππον ἐλθεῖν, σὺν αἷς ἐπορεύθημεν ὁμοῦ πεντήκονθ' ὅλας. Saepius in tutelaribus orationibus ab adolescente Demosthene conscriptis legitur: XXVII. 23, 31, 35, 38, 50, 61, XXVIII. 13, XXXI, 11 — et his locis spuriis: [XXVIIII.] 1, σὺν θεοῖς εἰπεῖν, [XXXV.] 18 σὺν τοῖς ἀναλώμασιν, [XXXXIII.] (51) σὺν ταύτῃσιν, [epist.] I. 3 ὡς σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι, 12 σὺν πολλῇ σπουδῇ καὶ πόνῳ. „Σύν" aduerbii loco est positum VIII. 65 μὴ σὺν εὖ πεπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλυνθίων — μὴ σὺν εὖ πεπονθότος τοῦ πλήθους τοῦ Θετταλῶν, [X.] 67 id.[1]).

[1]) De σύν praepositione cfr. Karlowa, „Bemerkungen zum Sprachgebrauch des Demosthenes mit Berücksichtigung anderer attischer Redner" (Progr. Pless 1883) pag. 8.

§. 8: παραχειμάζειν uerbum a Demosthenis sermone alienum est: neque enim legitur nisi [LVI.] 30. Eodem sensu a Demosthene simplex uerbum χειμάζειν est usurpatum: VIII. 45; [X.] 16.

Ibid.: ἀπρασία substantiuum, quod repetitur §. 22, semel legi: XXVII. 21.

§. 9: ἀγόρασμα uocabulum, quod repetitur §. 33, in orationibus Demosthenicis frustra quaeres.

Item adiectiuum ἄπρατος et substantiuum ῥῶπος a Demosthenis copia uerborum aliena uidentur fuisse.

§. 10: in hac quoque paragrapho complura leguntur uerba, quae apud Demosthenem rarissime inueniuntur aut omnino non exstant. Ac primum uerbum ναυαγεῖν non occurrit nisi in orationibus suppositiciis: [XXXV.] 31 bis, 32, [LXI.] 29.

Deinde in hoc tam paruo enuntiato „προςανέλαβεν ἐπὶ τὸ κατάστρωμα χιλίας βύρσας“ tria insunt uocabula, quae nullo alio loco reperies, quae sunt: προςαναλαμβάνω, κατάστρωμα, βύρσα.

Substantiuum porro διαφθορά, quod bis occurrit in hac paragrapho, duobus traditum est locis: XXI. 25 et [XXXXV.] 39.

Tum uerbum ἀποσώζω a Demosthene prorsus alienum est; inueniuntur autem haec uerba composita: ἀνασώζω, διασώζω, ἐκσώζω: XVIIII. 94, 149, 166, 299, XX. 53, [XXV.] 56, 65, XXVIII. 15, XXX. 18, XXXI. 1, 7, [XXXII.] 8, [XXXXIII.] 12, 75, [LVIIII.] 103, [LX.] 23, [epist.] III. 18, 21.

Idem cadit in substantiua λέμβος et πένθος, quorum alterum nisi [XXXII.] 6 et 7, alterum nisi [LX.] 32 non legi.

Συνανάγειν denique uerbum Demosthenes nusquam usurpauit.

§. 12: δάνειον substantiuum, quod est §§. 12, 13, 27, 30 h. or., non inuenies nisi in orationibus suppositis: [XXXV.] 9, [XXXX.] 52, [LVI.] 4, 12, 13, 29, 31, 35, 37, 38.

Ibid.: κατὰ μὲν ἀρχάς: κατά praepositio et accusatiuus ἀρχάς in orationibus Demosthenicis tam arte solent coniungi, ut in unum paene coalescant uerbum nonnunquam articulo

τό instructum utque nullum inter „κατά“ et „ἀρχάς“ interponatur uocabulum. Legimus καὶ κατ' ἀρχὰς μέν XXIII. 165; τὸ κατ' ἀρχάς I. 12, II. 6, VIIII. 21, XVIIII. 303, [epist.] III. 2; κατ' ἀρχάς XVIIII. 87, [XXXIII.] 9, [LXI.] 32.

Ibid.: ἀνακοινοῦν uerbum apud Demosthenem non reperitur.

§. 18: μελλούσης δὲ τῆς δίκης εἰςιέναι εἰς τὸ δικαστήριον: perraro apud Demosthenem exstat structura ἡ δίκη (simil.) εἴςεισιν siue εἰςέρχεται (εἰς τὸ δικαστήριον); neque enim occurrit nisi XXI. 78 τότε μοι μελλουσῶν εἰςιέναι τῶν δικῶν εἰς ἡμέραν ὡςπερεὶ τετάρτην ἢ πέμπτην, [LVIIII.] 16 ὁ ἀγὼν οὗτος εἰςέρχεται εἰς ὑμᾶς, 91 παρανόμων γραφῆς γενομένης καὶ εἰςελθούσης εἰς τὸ δικαστήριον. Saepissime εἰςιέναι et εἰςέρχεσθαι uerba de actoribus et reis et iudicibus dicuntur, hoc: XVIII. 103, 105, 278, XVIIII. 1, 2, 132, 211, 212, 258, XX. 145, 146, XXI. 81, 176, 179, 180, 212, [XXV.] 6, 27, XXVIII. 17, XXX. 3, [XXXIII.] 2, [XXXIIII.] 1, 43, 44, [XXXV.] 41, 49, XXXVII. 1, 3, 8, [XXXXIIII.] 3, 4, [XXXXVII.] 1, 31, 39, [LIII.] 17, [LVI.] 4, 19, 43, 46, 47, [LVIII.] 52, [LVIIII.] 1, 5, 90 — illud: XVIII. 278, XVIIII. 211, 212, XXI. 209, XXVIII. 17, XXXVII, 39, 48, XXXVIIII. 3, 11, [XXXX.] 1, 5, [XXXXV.] 7, 41, 49, [XXXXVII.] 3, 4, 5, 16, 17, 45, [XXXXVIII.] 1, 3, 8, [L.] 1, [LIII.] 17, LIIII. 32, [LVIIII.] 121.

§. 19: εἰς τὰ ὑμέτερα πρόςωπα ἐμβλέποντα: cum uocabulis εἰς τὰ πρόςωπα a Demosthene non compositum ἐμβλέπειν, sed simplex uerbum βλέπειν coniungitur, cf. XVIII. 283 καὶ βλέπειν εἰς τὰ τουτωνὶ πρόςωπα τολμᾷς; [LVI.] 20. Accedit, quod ἐμβλέπειν uerbum omnino non exstat in orationibus Demosthenicis nisi hoc uno loco: XVIIII. 69 οἷς ἀπαντῶντας ἐμβλέπειν ἀνάγκη.

Ibid.: σχετλιάζειν uerbum non inuenies nisi in orationibus suppositiciis: [XXXV.] 45 ἠγανάκτει ἂν αὐτὸς καὶ ἐσχετλίαζε πρὸς ὑμᾶς, [XXXX.] 53 σχετλιάζων καὶ δεινοπαθῶν, 61 ἐὰν βοᾷ καὶ σχετλιάζῃ, [LVIII.] 29.

§. 20: καὶ παρεχομένου (ἐμοῦ) πρὸς τὸν διαιτητὴν τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν, ἥνπερ καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς παρέχομαι:

a Demosthene alienam esse hanc structuram ut tibi probem, omnes quibus *παρέχειν* uerbum legitur locos afferam.

Παρέχειν igitur coniunctum est:

1) cum accusatiuo qui uocatur obiectiuo

a) actiu. XVIII. 159, XXI. 78, 155, 192, XXII. 23, XXIII. 73, 91 bis, 159, XXIIII. 140, 141, [XXV.] 50, [XXXIII.] 38, XXXVI. 13, [XXXX.] 12, [XXXXV.] 10, 13 (scil. *τὸ γραμματεῖον*), 17 bis, 18, 20, [XXXXVI.] 5, [XXXXVII.] 8, [XXXXVIIII.] 26, 28, 29, 30, 35, 36, 64, [LIII.] 2, 24, LVII. 27, [LX.] 18.

b) med. *μάρτυρα*: XVIIII. 92, 243, XXII. 22, XXVII. 8, 21, 26, 49, 51, XXVIII. 2, [XXVIIII.] 5, XXX. 36, [XXXIII.] 32, XXXVI. 54, XXXVII. 2, 17, XXXVIIII. 5, 22, [XXXX.] 7, 53, 61, XXXXI. 25, [XXXXIII.] 30, [XXXXV.] 5, 40, 71, [XXXXVI.] 4, 19, [XXXXVII.] 1, 9, 15, [XXXXVIII.] 39, [XXXXVIIII.] 45, 57, LVII. 12, 17, 46, 58, [LVIIII] 5 — *μαρτυρίαν*: XVIII. 268, XXVIII. 1, [XXXX.] 37, [XXXXIII.] 31, 60, [XXXXVII.] 1, 17, 46, 48, [XXXXVIII.] 31, 43, 44, [XXXXVIIII.] 41, 56 bis, [L.] 3, 64, LIIII. 6 — al.: I. 8, XIIII. 29, XVIII. 76, 238 bis, 248, XVIIII. 32, 235, 312, XX. 141, XXII. 22, [XXVI.] 24, [XXXIII.] 30, [XXXIIII.] 7, XXXXI. 25, [XXXXIII.] 4, [XXXXV.] (8), 23, 29, 32, [XXXXVI.] 4, 5, 19, [XXXXVII] 1, 29, [L.] 3, LIIII. 35, [LVIIII.] 67, [LX.] 19, [LXI.] 29, [prooem.] Λ, [epist.] I. 5, II. 19.

2) cum accus. q. uoc. obiect. et cum datiuo

a) act. I. 21, VI. 32, VIII. 37, 60, [X.] 35, 62, [XIII.] 10, XVIII. 156, XX. 149, XXI. 17, 117, XXIIII. 193, [XXV.] 42, [XXXIIII.] 50, XXXVIIII. 34, [XXXX.] 10, 35, [XXXXIII.] 20, [XXXXV.] 13, [XXXXVII.] 28, [XXXXVIII.] 7, [L.] 34, 44, 59, [LI.] 5, [LIII.] 7, [LVIIII.] 36, 46, [LXI.] 29.

b) med. *μάρτυρα*: [XXVIIII.] 18, XXX. 25, 32, [XXXII.] 13, [XXXIII.] 22, XXXVI. 35, XXXVII. 8, XXXVIIII. 17, 19, [XXXXIII.] 39, [XXXXVI.] 2, [XXXXVII.] 40, [XXXXVIIII.] 69, [LII.] 32, [LIII.] 18, 20, 21, LIIII. 9, LVII. 14, 19, [LVIII.] 28 — *μαρτυρίαν*: XXX. 34, [XXXXII.] 8, [XXXXIIII.] 44, [XXXXVIII.] 33, [XXXXVIIII.] 39, [L.]

56, 57, [LIII.] 22, [LVIIII.] 26, 55, 79, 88 — al.: XVIII. 10, [XXXXVI.] 27, [LII.] 32, LV. 12, [LVIII.] 41, 43.

3) c. acc. q. uoc. obiect. et c. acc. q. uoc. praedicatiuo

a) act. III. 11, IIII. 7, VIII. 76, [XIII.] 3, XIIII. 21, XVIII. 7, 197, 216, XVIIII. 232, 314, 343, XX. 30, 44, 48, 51 bis, 52, 59, 107, 151, XXI. 128, 134, 186, 199, XXIII. 191, [XXXIIII.] 15, [XXXV.] 24, 38, XXXVI. 49, [XXXXII.] 22, [XXXXV.] 85, [L.] 64, [LVI.] 38, 39, 45, [prooem.] Γ, ΚΘ, ΛΔ, ΜΓ, ΝΕ, [epist.] II. 9.

b) med. *μάρτυρα*: XVIIII. 240, [XXVIIII.] 40, XXX. 9, 23, 38, [XXXIII.] 38, XXXXI. 25, [XXXXVII.] 4, 39, [LII.] 17, LIIII. 33, 36, LVII. 11, 12, 29 — *μαρτυρίαν*: [LVIIII.] 125 — al.: XVIIII. 274, LV. 3, 7, LVII. 25.

4) cum iisdem et cum datiuo

a) act. VIII. 69, [X.] 45, [XII.] 13, XXI. 165, 210, 224, XXIIII. 14, [XXXV.] 37, XXXVI. 58, [LVI.] 39, 40, 45, [epist.] III. 22.

b) med. *μάρτυρα*: XVIIII. 205, XX. 126, XXXI. 4, XXXVIIII. 24, XXXXI. 6, [XXXXIII.] 70, [XXXXVII.] 24, 27, 44, [XXXXVIIII.] 18, 42, [LII.] 16, 21, 31, [LIII.] 19, 20, LV. 12, [LVIIII.] 34, 40, 61.

Videbit, qui hos perlegerit locos, Demosthenem non *παρέχω* (*παρέχομαι*) *τι* (*μαρτυρίαν*) *πρός τινα*, sed *παρέχω τί τινι* dicere solere; neque enim inuenitur illa structura nisi in una oratione spuria, [XXXXV.] (8), 10, 17, cum haec saepissime sit usurpata a Demosthene.

Ibid.: *κατὰ κράτος* locutionem semel legi, XVIIII. 61.

Ibid.: *ἐντὸς ὢν — αὐτοῦ*, cf. §§. 35 bis, 49: similem *ἐντός* uocabuli usum apud Demosthenem frustra quaeres. Exstat *ἐντός* his locis: XVIII. 32 *ἵνα — ἐντὸς εἴη Πυλῶν*, (38), (184), XVIIII. 86 *τὰ Ἡράκλεια ἐντὸς τείχους θύειν*, 273 *ἐντὸς δὲ Χελιδονεῶν καὶ Κυανεῶν πλοίῳ μακρῷ μὴ πλεῖν*, [XXV.] 28 *εἰς τὸ ἐντὸς τούτων βιάζει*, 97 *τὸν ἐντὸς τείχους φθόνον*, XXXVII. 36 *ἂν ἐπικατατέμνῃ τῶν μέτρων ἐντός*.

§. 21: *οὐκ ἀπέγνω τῆς δίκης*, cf. ibid. *ἀπογνῶναι δὲ τῆς δίκης ὤκνει*, §. 45 *εἰ ὁ Θ. ἀπέγνω τῆς δίκης*, ibid. *εἰ . . ὑμεῖς ἀπογνοίητε τῆς δίκης*: uerbum *ἀπογιγνώσκειν* nullo alio loco in Demosthenis operibus cum genetiuo rei est

coniunctum. Inuenitur hoc uerbum: III. 33, IIII. 42, VI. 16, XV. 9, XVIIII. 51, 54, XXI. 75, XXII. 37, 39, [XXXX.] 39, [LVIII.] 17, [prooem.] ΝΓ, [epist.] II. 17.

§. 25: ἔστιν οὖν, ὦ ἄ. δικ., οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἢ γενήσεταί ποτε, ὅς κτλ.: comparat cum his uerbis G. H. Schaeferus locum Homericum, Odyss. VI. 201 prxx. οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ — οὐδὲ γένηται, ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται δηϊοτῆτα φέρων, cum similem locum Demosthenicum non afferat. Et uero singularia sunt uerba huius paragraphi. Nam in Demosthenis orationibus eadem sententia his potissimum efficitur formulis: ἔστιν (οὖν) ὅςτις . ., cf. VIIII. 15 ἀλλ' ἔστιν, ὦ πρὸς τοῦ Διός, ὅςτις . . σκέψαιτ' ἄν; XVIII. 85 ἔστιν οὖν ὅςτις ὑμῶν οἶδε κτλ; XVIIII. 104, 294, 330, XXIIII. 157, al. — τίς ἔστιν ὅςτις . ., cf. XX. 66, XXXVIIII. 40, LVII. 28, al. — ἔστιν οὕτω τις ἀνόητος (simil.), ὅςτις (ὥςτε) . ., cf. XVIIII. 115, XXXVIII. 12, al. — τίς ἂν . ., cf. XVIIII. 213, XXXVI. 44. — τίς (οὖν) οὕτως ἀλόγιστός (simil.) ἐστιν ὅςτις . ., cf. I. 15, XIIII. 32, XVIIII. 312, XXXI. 11, al. — πῶς ἂν . , cf. XVIII. 212, XVIIII. 69, — simil.

§. 28: ἐπιμαρτύρεσθαι uerbum bis a Demosthene ipso est adhibitum, or. LV. 6 εἰ ἠνέγκατε τότε μάρτυρα καὶ ἐπεμαρτύρασθε et 7 διὰ τί γὰρ οὐδεὶς οὔτ' ἐπεμαρτύρατο οὔτ' ἐνεκάλεσεν. Praeterea legitur or. [XXXXVII.] 38 ἐπιμαρτυράμενος τοὺς παρόντας.

Ibid.: τὰ χρήματα — κινδυνεύεται τῷ δανείσαντι: passiua κινδυνεύειν uerbi forma non legitur apud Demosthenem nisi or. XVIII. 278 ἐν οἷς τῶν ὅλων τι κινδυνεύεται τῇ πόλει, XVIIII. 285 δι' ὧν τὰ μέγιστα κινδυνεύεται τῇ πόλει, XXX. 10 τὴν οὐσίαν τὴν Ἀφόβου τὴν οὕτω κινδυνευθήσεσθαι μέλλουσαν, cum actiua saepissime sit adhibita, cf. I. 15, II. 15, (24), IIII. 5, VIII. 34, 68, VIIII. 4, 18, [X.] 3, 6, [XI.] 9, XIIII. 9, XV. (19), 24, XVI. 6, 10, 11, 12, 20, XVIII. 98, 203, (208), 266, XVIIII. 115, 184, XX. 82, 166, XXI. 111, 205, XXII. 21, 27, 28, XXIII. 112, 157, 214, [XXV.] 6, 49, XXVII. 68, 69, XXVIII. 1, [XXVIIII.] 16, XXX. 2, 16, XXXI. 14, [XXXIII.] 4, XXXVII. 54, XXXXI. 2, 16, 29, [XXXXIII.] 14, [XXXXVII.] 5, [XXXXVIII.] 8,

[L.] 21, (28), 59, [LII.] 20, [LIII.] 1, LVII. 53, [LVIII.] 67, [LVIIII.] 3, 53, [prooem.] N, [epist.] II. 20, III. (12). Adiectiuum quod uocatur uerbale κινδυνευτέος semel legi, or. [X.] 71.

Ibid.: σὺ δ' ἐνὶ σκήπτει μάρτυρι αὐτῷ τῷ συναδικοῦντι, cf. §. 47 ᾧ οὗτος σκήπτεται μάρτυρι: apud Demosthenem uerbum σκήπτειν (σκήπτεσθαι) non inuenitur nisi or. VI. 13 πῶς ἂν . . τῷ δίκαια ἰνομίζειν ταῦτ' εἶναι πεποιηκέναι σκήψαιτο; et or. [XXXIII.] 18 ὡς ἐσκήψατο ἀπολωλέναι (scil. τὸ γραμματεῖον) ὁ 'Α.

Item rarissime in Demosthenicarum orationum corpore usurpatum est uerbum συναδικεῖν, quod in nostra oratione bis occurrit, §§. 28 et 46. Repperi hoc uerbum his locis: XXI. 126, LVII. 3; [XXXV.] 54, [LVI.] 44.

§. 29: περιβόητος adiectiuum uno loco uere Demosthenico inuenimus, or. XVIII. 297, ubi tamen malo dictum est sensu; occurrit etiam in una oratione spuria hoc adiectiuum, cfr. [XXXX.] 11, cum aduerbium περιβοήτως praebeat or. [XVII.] 5.

§. 31: substantiuum πέλαγος, quod omnino non exstare apud Demosthenem affirmat Lortzingius [1]), perraro usurpatum est; neque enim occurrit nisi in una oratione genuina, XXIII. 169 ἀναγαγόντες εἰς τὸ πέλαγος ἐν πλοίῳ et in his suppositiciis orationibus: [XXXII.] 2 τούτου δὲ ἀπολομένου ἐν τῷ πελάγει, 4 ὡς ἐν τῷ πελάγει ἀπώλετο, et [LVIII.] 54 σωθέντες — ἐκ τοῦ πελάγους. Adiectiuum πελάγιος est or. [L.] 20 πλοῦν καὶ πολὺν καὶ πελάγιον.

§. 35: ἐφόδιον λαβὼν τὸ τὴν συγγραφὴν κελεύειν: ἐφόδιον substantiuum hoc loco pro ἀφορμή siue πρόφασις uerbo adhibitum est. Quem ἐφόδιον uocis usum apud Demosthenem frustra quaeres. Comparandi sunt hi loci: or. III. 20 δι' ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις, XVIIII. 158 χιλίας λαβόντες δραχμὰς ἐφόδιον παρ' ὑμῶν, 311 ἐφόδια ἀναλίσκειν, XXIII. 209 ὑμῖν δὲ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐφόδι' ἐστὶν ἐν τῷ κοινῷ, [XXV.] 56 δοῦσα δραχμὰς ὀκτὼ ἐφόδιον, [XXXXVIIII.] 67 μὴ εἶναι αὐτῷ ἐφόδια τῷ γήρᾳ ἱκανά, [L.] 19 ἀποδοὺς τὸν μισθὸν καὶ ἐφόδια προςθείς, [LIII.] 6 δι' ἀπορίαν

[1]). l. l. pag. 56.

ἐφοδίων, 7 δοὺς ἐφόδιον αὐτῷ τριακοσίας δραχμάς, ibid. παρέσχον τὰ ἐφόδια τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, 8 τὰς τριακοσίας, ἃς τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔδωκα ἐφόδιον. Vides igitur uocem illam nisi propria significatione non esse positam.

Ibid.: εὐπόρως aduerbium semel a Demosthene ipso est usurpatum, or. XVIII. 148 εὐπόρως λήσειν, atque duobus spuriis exstat locis, or. [XXXIII.] 25 et [prooem.] ΙΔ, cum adiectiuum εὔπορος sit usitatissimum, cf. or. I. 28, III. 18, VIII. 66, [X.] 36, 38, 42, 43, 45, 68, XIIII. 17, XVIII. 108, 311, XVIIII. 317, XXIII. 206, 209, XXXVII. 56, LVII. 25, 41, 52, al.

§. 36: προςκοινωνήσας τούτῳ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων χρημάτων: uerbum quod est προςκοινωνεῖν apud Demosthenem non inuenitur. Aliena praeterea a Demosthene uidetur esse structura [προς]κοινωνεῖν τινι ἀπό τινος. Coniunctum enim est:

1) κοινωνεῖν a) cum genetiuo: V. 19, [VII.] 15, 30 bis, [XVII.] 6, 15, 16, XVIIII. 33, 132, 157, 190, 222, XXI. 118, 120, XXIIII. 159, [XXVI.] 26, XXXVII. 38, [XXXX.] 58, [XXXXIII.] 79, 80, LIIII. 37, [LVI.] 11, LVII. 28, [LVIII.] 40, [LVIIII.] 2, 98. b) cum datiuo: XVIII. 58, XVIIII. 188, 334, XX. 25, XXIIII. 189, LVII. 35, [prooem.] ΚΕ. c) cum genetiuo et cum datiuo: [X.] 45, XVIIII. 205, [XXV.] 33, 51, 61, XXXVII. 10. d) absol. XVIIII. 45.

2) ἐκκοινωνεῖν cum datiuo: [XXVIIII.] 36.

3) κατακοινωνεῖν cum datiuo: [XXXII.] 25.

4) συγκοινωνεῖν cum genetiuo: LVII. 2.

§. 37: οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες: sicuti nomen Πειραιεύς, de quo supra (pag. 15 prx.) dictum est, item substantiuum ἄστυ in orationibus Demosthenicis carere solet articulo, si praepositione instructum est. Legimus enim: ἐξ ἄστεως XX. 12, — ἐν ἄστει XVIII. (37), XVIIII. 125, XXI. (10), [LII.] 8, LV. 17 — εἰς ἄστυ XVIII. (38), [XXXXII] 7, [LII.] 13. Duobus locis alia cernitur ratio, quorum tamen alter exstat in oratione pseudodemosthenica, [XXXXIIII.] 18 ἐν τῷ ἄστει, neque quicquam ualet ad sermonem ipsius Demosthenis indagandum, alter, qui est

XVIII. 215 εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ, eam haud dubie ob causam exhibet articulum, quod inter ἄστυ uocabulum et εἰς praepositionem nonnulla uerba sunt interiecta. — Sine praepositione ἄστυ substantiuum his positum est locis: XVIII. 300 οὐχὶ τὸν κύκλον τοῦ Πειραιῶς οὐδὲ τοῦ ἄστεως et LVII. 10 τοῦ γὰρ δήμου ἡμῖν πέντε καὶ τριάκοντα στάδια τοῦ ἄστεως ἀπέχοντος.

Illud etiam a Demosthenica recedit consuetudine, quod οἱ ἐν [τῷ] ἄστει uerbis adiectum est participium οἰκοῦντες: utitur enim summus orator οἱ ἐν ἄστει (Πειραιεῖ) et οἱ ἐξ ἄστεως (ἐκ Πειραιῶς) uerbis participio addito nullo, cf. XX. 11 ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ, 12 τοὺς ἐξ ἄστεως, 149 τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου, XXIIII. 134 τῶν ἐκ Πειραιῶς, al.

Ibid.: καταπατεῖν uerbum non exstat nisi in una oratione Demosthenis nomini falso addicta, [VII.] 45.

§. 39: ὁ σῖτος ἐπετιμήθη: cf. or. [L.] 6 ὁρῶντες ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸν σῖτον ἐπιτιμώμενον. Ἐπιτιμᾶν uerbi neque formam passiuam neque eam quae his locis exstat significationem, quae est „pretium alicuius rei efferre, nimium pretium statuere alicui rei“, usquam alibi apud Demosthenem reperies. Saepissime actiua occurrit forma significatque „reprehendere, obiurgare (simil.)“, cf. I. 16, V. 2, [VII.] 22, VIIII. 39, [XII.] 2, 7, [XIII.] 1, 30, XVIII. 64, (74), (78), 162, 188, 206, 294, XVIIII. 132, XX. 110, 148, XXI. 134, [XXVI.] 19, [XXXV.] 40, [LI.] 10, LIIII. 6, 26, LVII. 33, [LXI.] 8, [prooem.] ς, ΙΑ, ΙΔ, ΚΑ, ΚΓ, Κς, ΚΗ, ΚΘ bis, ΛΑ, ΛΕ bis, ΝΓ, [epist.] I. 8, II. 11, 19, III. 1, 7, 19.

Ibid.: substantiuum σιτωνία nullo alio loco in Demosthenis operibus legi.

§. 40: ἀποβάλλειν uerbum a Demosthene ipso nusquam est adhibitum. Semel exstat in epistola Philippi, quae inter orationes Demosthenicas duodecimum locum obtinet, [XII.] 17.

§. 41: adiectiuum ἀβέλτερος bis usurpauit Demosthenes, or. VIIII. 14 καὶ γὰρ ἂν ἀβελτερώτατος εἴη πάντων ἀνθρώπων et XVIIII. 338 μηδὲν ὑμεῖς ἀβέλτερον πάθητε. Praeterea compares spurios hos locos, or. [LXI.] 14 et [prooem.] ΜΒ.

§. 42: *ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν δίκην εἰςαγώγιμον εἶναι ὁ νόμος αὐτὸς διαμαρτύρεται*: singularis est structura; primum enim homines tantum ‚*διαμαρτύρεσθαι*‘ dicuntur a Demosthene, deinde hoc uerbum nusquam cum praepositione *ὑπέρ* est coniunctum, cf. VI. 29, XVIII. 23, 45, 143, 199, XVIIII. 45, 119, LV. 4 — [XXXII.] 19, [XXXIII.] 20, [XXXXII.] 5, 28, [XXXXIIII.] 37, [XXXXVII.] 63, [XXXXVIII.] 46, 47, [LII.] 30.

§. 44: *ὅτε Θεοδότῳ τὴν δίαιταν ἐπετρέψαμεν*, cf. §. 18 *ἐδέοντο ἡμῶν ἐπιτρέψαι τινί*, ibid. *ἡμεῖς ἐπετρέψαμεν Θεοδότῳ ἰσοτελεῖ*: promiscue *τὴν δίαιταν ἐπιτρέπειν* locutio atque nudum uerbum *ἐπιτρέπειν* ab auctore huius orationis eo sensu sunt usurpata, qui est „arbitro permittere aliquid diiudicandum“. Verum a Demosthene illa locutio aliena uidetur esse; neque enim inuenitur nisi in orationibus suppositiciis, [XXXX.] 43 et [LVIIII.] 45, 68, cum *ἐπιτρέπειν* uerbum omisso *τὴν δίαιταν* accusatiuo saepius sit traditum, or. XXVII. 1 *περὶ ὧν διαφερόμεθα τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπειν*, XXXVI. 15 *ἐπιτρέψας δὲ τῷ τε τῆς αὐτοῦ γυναικὸς πατρὶ καὶ τῷ συγκηδεστῇ τῷ αὐτοῦ*, XXXXI. 1 *βουλόμενος διαλύεσθαι καὶ τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν*, 29 *τοῖς φίλοις — ἐπιτρέψας*, LV. 9 *διὸ καὶ τοῖς εἰδόσιν ἐπιτρέπειν ἐβουλόμην ἐγώ, τοῖς ἴσοις*, 35 *ἕτοιμοι μὲν ἦμεν ἐπιτρέπειν τοῖς εἰδόσιν, ἴσοις καὶ κοινοῖς*. Cf. etiam or. [VII.] 7, 36, [XXVIIII.] 58, [XXXIII.] 14, 32, [XXXX.] 39 ter, 40, 44, [XXXXVII.] 43, 45, 80, [XXXXVIII.] 2, 40, [LII.] 14, 15, 30 bis.

§. 46: *ἀπόδοσις* substantiuum apud Demosthenem non repperi.

Ibid.: *εἰ μὲν γὰρ ἡ μαρτυρία .. κατεβάλλετο ἐνταῦθα*: Demosthenes non *καταβάλλεσθαι μαρτυρίαν*, sed *ἐμβάλλεσθαι μαρτυρίαν* scil. *εἰς τὸν ἐχῖνον*[1]) dicere solet, cf. XXVII. 51 *μαρτυρίαν δ' ἐνεβάλετο τοιαύτην*, 54 *μαρτυρίαν μὲν οὐδεμίαν ἐνεβάλετο τούτων*, XXVIII. 1 *ὡς δ' ὀφείλων ἐτελεύτησεν ἐκεῖνος, οὐδεμίαν παρέσχετο μαρτυρίαν· ἀλλ' ὡς μὲν ὦφλεν, ἐνεβάλετο* (scil. *μαρτυρίαν*), LIIII. 30 *ἐμβάλλεται μαρτυρίαν ψευδῆ* — [XXXX.] 21, 28, 58, [XXXXVII.] 16, [XXXXVIIII.] 19, 55.

[1]) cf. Meieri et Schoemanni l. l. pag. 691 (pag. 904 ed. Lips.).

Ibid.: uox quae est ἐνέχυρον bis a Demosthene est adhibita, or. VIII. 69 et XXXXI. 11; saepius in orationibus pseudodemosthenicis occurrit: [XXXIII.] 10, [XXXXVII.] 37, 38, 41, 42, 54, 66, 74 bis, 77 bis, [XXXXVIIII.] 2, 53, 61, [LVI.] 3.

§. 48: τεκταίνεσθαι uerbum in corpore orationum Demosthenicarum frustra quaesiui. Idem cadit in uerbum μετακινουμένοις, quod pro „τεκταινομένοις" praebet codex Augustanus A (primus).

§. 52: συνεπανορθοῦν uerbum non legitur nisi in una oratione spuria, [X.] 34 συνεπηνώρθωσε τὰ τῆς πόλεως πράγματα, cum ἐπανορθοῦν uerbum exstet his locis: I. 11, VI. 5, 34, [VII.] 18 bis, 22, 25, 30, VIII. 76, VIIII. 4, 76, [X.] 52, [XIII.] 15, XIIII. 5, XV. 34, XVIII. 311, XVIIII. 181, XXI. 172, [XXV.] 10, [LI.] 14 bis, [LVI.] 43 bis, [LXI.] 45, [prooem.] Iς, ΚΔ, ΛΗ, ΛΘ.

Ibid.: διαφυλάττειν uerbo perraro usus est Demosthenes, or. XVIII. 7 τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων et 321 τὴν τοῦ γενναίου καὶ τοῦ πρωτείου τῇ πόλει προαίρεσιν διαφυλάττειν. Praeterea hoc uerbum exstat or. XVIII. (78) in epistola Philippi διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην, [XVII.] 24 τὸ δίκαιον οὐ δικαίως διαφυλάττειν, [XXVI.] 10 καὶ ταῦτα πάντα οὕτω διαφυλάττουσιν οὐδεπώποτε οὔθ' ὑμῖν οὔτε τοῖς προγόνοις μετεμέλησεν, [epist.] III. 15 τοῖς παισὶ τὴν ἔχθραν διαφυλάξουσιν.

Ibid.: ἀδικεῖσθαι ὑπὸ τῶν τοιούτων θηρίων: cf. Blassii l. l. pag. 80 uerba haec: „der Ausdruck θηρίον ist nicht eben demosthenisch, während Aischines, Deinarchos und sogar die Verfasser pseudodemosthenischer Privatreden ihn gern gebrauchen". Inueni hos locos: or. XXIIII. 143 οὐκ ἂν φθάνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θηρίοις δουλεῦον, [XXV.] 8 εἰς ὅσην αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν προῆχε τὴν πόλιν δημοσίᾳ πάντα τὰ τοιαῦτα θηρία, 31 ἐφ' ἃ δ' ἂν καὶ χρήσαιτό τις τοιούτῳ θηρίῳ, 58 μιαρὸν, μιαρὸν, ὦ ἄ. 'Α., τὸ θηρίον καὶ ἄμικτον, 95 τοῦτο τὸ θηρίον ἐξορίσαι, [XXXV.] 8 οὐδὲν ᾔδει οἵοις θηρίοις ἐπλησίαζε τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, [XXXXIII.] 83 ὅπως μὴ ἐξερημωθήσεται αὐτῶν ὁ οἶκος ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων θηρίων, [LVIII.] 49 ἀκούεις, ὦ μιαρὸν σὺ θηρίον,

ὅ τι κελεύει; Comparetur etiam or. XVIII. 322 τοὺς καταράτους τούτους ὥςπερ θηρία μοι προςβαλλόντων.

Atque haec quidem de uerbis orationis XXXIIII. uerborumque structuris, quae a Demosthene aut perraro aut omnino non sunt adhibita; transeamus nunc ad alteram partem eorum, quae de elocutione sunt dicenda, et

de ornatu atque figuris

disseramus [1]).

Ac primum in oratione XXXIIII. magna uerborum est inopia; molestissime enim in ea repeti uidemus haec uerba et locutiones:

§§. 5 φασὶ δ' ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον — ὡς οὐκ ἀποδέδωκεν — ἀποδοῦναι, 9 ὁ νῦν φάσκων ἀποδεδωκέναι τὸ χρ., 11 ᾧ φησιν ἀποδεδωκέναι τὸ χρ., 12 ὡμολόγει ἀποδώσειν, 13 οὐδ' ἀποδίδωσι τὸ δάνειον, 14 ἀποδέδωκε τὸ χρ. — παρεστηκότος τοῦ Λ., ᾧ νῦν φησιν ἀποδεδωκέναι τὸ χρ., 15 ἀποδέδωκα γὰρ τούτῳ τῷ παρεστηκότι τὸ χρ., 16 οὐδέπω τότ' ἔφησεν ἀποδεδωκέναι τὸ χρ., 17 ὡς ἀποδεδώκασι τὸ χρ. — ὡς ἀποδέδωκε τὸ χρ. — οὔτ' ἀπέδωκε τὸ χρ., 22 ἀποδώσειν τὸ χρ., 23 Φ. δέ φησιν ἀποδοῦναι, 24 ὅσα φησὶ χρήματ' ἀποδεδωκέναι, 25 ἅς φησιν ἀποδεδωκέναι — ἀποδοῦναι — ἀπέδωκε, 26 ἀποδέδωκας — ἀπεδίδους, 29 τοσοῦτο χρ. ἀποδιδόντα, 30 ἀποδιδῶσι — ἀποδιδόντι, 31 ἀπεδίδους — ἀποδιδούς — ᾧ τὸ χρ. ἀπεδίδους, 32 ἀποδοῦναι τὸ χρ. — φῄς δοῦναι τὸ χρ., 33 ἀποδοῦναι τὰ χρήματα — τὸ χρ. ἀποδοῦναι, 34 καί φησιν ἐκείνῳ τὸ χρ. ἀποδεδωκέναι, 41 τριάκοντα μνᾶ; καὶ ἐννέα ἀποδοῦναι — ὅτε ἀποδοῦναί φησι τὸ χρ., 46 τοῦ δ' ἀποδεδωκέναι — τὴν ἀπόδοσιν, 47 φάσκοντος δ' ἀποδεδωκέναι, — cf. etiam §§. 8 τὰς ἐπιστολὰς οὐκ ἀποδίδωσιν, 28 οὐδὲ τὰς ἐπιστολὰς ἀπέδωκας αὐτοῖς, 29 ὅστις γράμματα λαβὼν μὴ ἀποδέδωκεν, 32 τὰς ἐπιστολὰς ἀποδοῦναι.

§§. 6 κελευούσης δὲ τῆς συγγραφῆς ἐνθέσθαι εἰς τὴν ναῦν φορτία, 7 οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τ. ν. κελευούσης τῆς

---

[1]) cf. de hac parte dissertationis meae P. Uhlii de orationum Demostheni falso addictarum scriptoribus quaestionum particulam alteram, in qua agitur de orationum XXXIII. XXXIIII. LVI. scriptoribus (Lipsiae 1886), pag. 9 prxx.

συγγραφῆς ἐπάναγκες ἐντίθεσθαι, 9 τοῦ ναυκλήρου κελεύοντος αὐτὸν κατὰ τὴν συγγραφὴν ἐντίθεσθαι τὰ ἀγοράσματα — ἐνθέσθαι εἰς τ. ν. τὰ χρ., 10 οὔτ' ἐνέθετο εἰς τ. ν. οὐδέν, 11 ὅτι οὔτε τὰ χρ. ἔνθοιτο εἰς τ. ν. κατὰ τὴν συγγραφήν, 16 οὔτε τὰ χρ. ἐντεθεῖσθαι τοῦτον, 17 ὅτι οὔτε τὰ χρ. ἔνθοιτο εἰς τ. ν., 20 οὔτε τὰ χρ. αὐτὸν ἐνθέσθαι εἰς τ. ν., 22 οὐκ ἐνθέμενος εἰς τ. ν. τὰ χρ., 27 οὐκ ἐνθέμενος τὰ χρ. εἰς τ. ν. κατὰ τὴν συγγραφήν, 33 ἐνθέσθαι τἀγοράσματα εἰς τ. ν. — τὰ χρ. οὐκ ἐνθέμενος — τὰ χρ. ἐνθέσθαι εἰς τ. ν. — διὰ τὸ μηδὲν ἐνθέσθαι, 34 ὡς ἐντεθειμένος τὰ χρ. εἰς τ ν., 40 οὔτε τὰ φορτία ἐνθέμενον τοῦτον εἰς τὴν ναῦν.

§§. 8 καταλαβὼν τῶν φορτίων ὧν ἦγε πολλὴν ἀπρασίαν, 22 ἀπρασίαν τῶν φορτίων κατέλαβεν.

§§. 11 τούτῳ γὰρ προσέχετε τὸν νοῦν, 23 id.

§§. 11 ὅτι οὔτε τὸ χρυσίον εἰληφὼς εἴη, 14 ὡς ἀπείληφε τὸ χρ., 16 οὔτε τὸ χρ. ἀπειληφέναι — ἀπειληφέναι τὸ χρ., 20 οὔτε τὸ χρ. ἔφη ἀπειληφέναι, 41 ὡς οὐκ ἀπείληφε τὸ χρ., 46 ὅτι οὐκ ἔφη ἀπειληφέναι τὸ χρ. — ἀπειληφέναι τὸ χρ., 47 ὡς οὐκ ἀπείληφε τὸ χρ. — ὡς οὐκ ἀπείληφε, 49 ὅτι οὐκ ἀπείληφε τὸ χρυσίον.

§§. 13 προςκαλεσαίμην — προςεκαλεσάμην, 14 προςκαλουμένῳ — προςκαλεῖ, 15 προςκαλεῖ.

§§. 14 ὃ εἰκὸς ἦν, 15 καίτοι εἰκός γ' ἦν, 40 οὐκ εἰκὸς ἦν.

§§. 14 εἰπεῖν — εἶπε — εἰπεῖν, 15 εἰπεῖν — εἶπεν.

§. 16 τὸ ἔγκλημα ὃ ἔλαχον — τοῦτο τὸ ἔγκλημα ἔλαχον.

§§. 18 μαρτυρεῖν ὅ τι βούλοιτο — ἐμαρτύρει, 19 τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν — τοῖς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦσιν — μαρτυροῦσιν ὅ τι ἂν βούλωνται, 20 τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν, 21 ψευδῆ μαρτυρεῖν.

§§. 18 μερισάμενος τὸ ἐμὸν χρυσίον, 35 ἐπειδὴ δὲ τὸ χρυσίον τοὐμὸν ἐμερίσατο.

§§. 20 ὡμολόγει μὲν εἰρηκέναι ταῦτα πρὸς τοῦτον, οὐ μέντοι γε ἐντὸς ὧν εἰπεῖν αὐτοῦ, 35 οὐκ ἐντὸς ὧν αὐτοῦ φησιν εἰπεῖν — τότ' ἐντὸς εἶναί φησιν αὐτοῦ, 49 εἰπεῖν μὲν ὡμολόγει, οὐ μέντοι γ' ἐντὸς ὢν αὐτοῦ εἰπεῖν.

§§. 21 οὐκ ἀπέγνω τῆς δίκης — καταγνῶναι — ἀπογνῶναι τῆς δίκης, 45 εἰ ὁ Θ. ἀπέγνω τῆς δίκης — γνόντος τοῦ Θ. ἀπιέναι ἡμᾶς — ἔγνω ἀπιέναι — εἰ ἀπογνοίητε τῆς δίκης.

§§. 27 ἐξ ἀρχῆς εὐθύς, 33 εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, 40 ἐξ ἀρχῆς.

§§. 28 πολλοὺς παρίστανται, 30 πολλ. παρίστ. μάρτυρας.

§§. 28 ἑνὶ σκήπτει μάρτυρι, 47 ᾧ σκήπτεται μάρτυρι.

§§. 35 πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι, 41 πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι, 48 ἐπειδὴ διεφθάρη.

§§. 47 πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἄτοπον, εἰ . .; 49 οὐκ οὖν ἄτοπον, εἰ . .;

Agedum nunc quaeramus, in exornandis atque amplificandis et sententiis et singulis uerbis huius orationis scriptor qua usus sit ratione.

Primo igitur loco — ut amplificationis generum sequar distinctionem ab Uhlio [1]) propositam — exempla congeram eius generis, quod efficitur, cum „ea, quae negatiue expressa sunt, affirmatiue iterantur" (σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν): §§. 12 καὶ οὗτος κατὰ μὲν ἀρχὰς οὐδεπώποτ', ὦ ἄ. 'Α., εἶπε τὸν λόγον τοῦτον, ὃν νυνὶ λέγει, ἀλλ' ἀεὶ ὡμολόγει ἀποδώσειν, 31 οὐκ ἐμοί, ἀλλ' ἑτέρῳ, 46 τοῦ δ' ἀποδεδωκέναι οὐδείς ἐστι μάρτυς ἔξω τοῦ Λάμπιδος τοῦ συναδικοῦντος· καὶ οὗτος μὲν εἰς ἐκεῖνον μόνον ἀναφέρει τὴν ἀπόδοσιν, 48 οὐκ ἐκ παρασκευῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀληθείας, 49 οὐδ' αὐτὸς ὁ Λ. ἔξαρνος ἐγένετο, ὡς οὐκ εἴη εἰρηκώς, ὅτι κτλ., ἀλλ' εἰπεῖν ὡμολόγει. — Deinde eos afferam locos, quibus „ea, quae affirmatiue expressa sunt, negatiue repetuntur": §§. 4 οἱ νόμοι . . ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν εὐθυδικίαν εἰςιόντα, οὐ κατηγορεῖν, 12 ἕτερος ἤδη ἦν καὶ οὐχ ὁ αὐτός, 33 παραβεβηκὼς δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς καὶ τὰ χρήματα οὐκ ἐνθέμενος, 52 ὑμᾶς δὲ δεῖ συνεπανορθοῦντας φαίνεσθαι καὶ μὴ συγχωροῦντας τοῖς πονηροῖς, ibid. ἐὰν διαφυλάττητε τοὺς τὰ ἑαυτῶν προϊεμένους καὶ μὴ ἐπιτρέπητε ἀδικεῖσθαι. — In tertio amplificationis genere loci numerandi sunt ii, quibus „ea, quae affirmatiue aut negatiue expressa sunt, affirmatiue etiam aut negatiue repetuntur". Sunt autem hi: §§. 13 οὐδὲν ποιεῖ τῶν δικαίων Φορμίων οὐδ' ἀποδίδωσι τὸ δάνειον et 20 τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν καὶ πονηρὸς ὤν.

Praeterea huc referenda sunt uerba quae uocari solent cognominata, quae quantopere in deliciis fuerint Demostheni nemo est quin sciat [2]). In hac uero oratione haud ita

---

[1]) cf. quaestionum partic. I. (Hagen 1883) pag. 55 prx.

[2]) cf. Rehdantzii l. q. i. „Demosthenes' neun philippische Reden" uol. II. part. II. [»Indices«] pag. 166 (s. u. Erweiterung 2).

multa huius amplificationis exstant exempla. Inuenies enim haec uerba cognominata: §. 12 *παροῦσι καὶ συνδικοῦσιν*, §. 19 *ἀγανακτοῦντος καὶ σχετλιάζοντος*, §. 26 *συνέπλευσαν καὶ προςήδρευον*, haec substantiua: §. 19 *ὀργὴ καὶ τιμωρία*, haec adiectiua aduerbiaque: §. 16 *ἀπόπληκτον καὶ παντελῶς μαινόμενον*, §. 19 *ἀκινδύνως καὶ ἀναισχύντως*, §. 29 *ὀρθῶς καὶ δικαίως*.

Videmus igitur amplificationes uerborum et sententiarum in oratione XXXIIII. non omnino desiderari, sed illa ipsa deesse uerba cognominata, quibus maxime omnium Demosthenes delectatur, quae sunt uerba sentiendi declarandi orandi lacrimandi, ueluti *σκέπτεσθαι καὶ λογίζεσθαι, ὁρᾶν καὶ σκοπεῖν, λέγειν καὶ διεξιέναι, ἀκούειν καὶ συνιέναι, ἀξιοῦν καὶ δεῖσθαι, δακρύειν καὶ κλάειν*, similia, qualia leguntur orr. I. 12, 14, 21, II. 6, IIII. 3, 13, 22, 43, V. 11, 12, VI. 33, VIII. 18, 19, 35, 46, VIIII. 7, 43, 51, 76, XVIII. 6, 13, 14, 22, 34, 40, 195, 248, 252, 295, XVIIII. 4, 8, 30, 154, 194, 195, 204, 219, 306, XX. 83, 84, 87, 118, 163, XXI. 7, 50, 73, 77, 123, 187, 204, 208, XXIII. 1, 8, 19, 29, 122, 178, XXVII. 68, XXVIII. 20, XXX. 32, XXXVI. 1 bis, 4, 12, 57, 58, XXXVII. 14, 34, 48, XXXVIII. 11, 27 bis, XXXVIIII. 35, 41, LIIII. 2, 43, LVII. 1, 26, 70, aliis permultis locis.

Jam consideremus, quae f i g u r a e in hac oratione reperiantur.

Atque ut a u e r b o r u m f i g u r i s exordiar, s i m i l i t e r c a d e n t i a uerba siue *ὁμοιόπτωτα* et s i m i l i t e r d e s i n e n t i a uerba siue *ὁμοιοτέλευτα* animaduerti haec: §§. 4 *ὁμολογῇ — ἀμφιςβητῇ*, 9 *ἀνάγεσθαι — ἐκπλεύσεσθαι*, 12 *παροῦσιν — συνδικοῦσιν*, 21 *καταγνῶναι — ἀπογνῶναι*, 37 *μετρούμενοι — καταπατούμενοι*, 40 *εὐδοξῶμεν — ἀποβάλωμεν*, 46 *εἰδέναι — ἀπειληφέναι*, 47 *ὁμολογούμενον — ἀμφιςβητούμενον*, 52 *συνεπανορθοῦντας — συγχωροῦντας*, ibid. *διαφυλάττητε — ἐπιτρέπητε*. Cf. etiam §§. 30 *ἑτεροπλόῳ τῷ ἀργυρίῳ κεχρημένῳ*, 31 *ὄντος — μέλλοντος*, 38 *τριῶν καιρῶν — κατειληφότων*, 52 *πολλαὶ καὶ καλαὶ βοήθειαί εἰσιν*. Qui numerus satis magnus propterea uidetur esse notabilis, quod Demosthenes *ὁμοιόπτωτα* et *ὁμοιοτέλευτα* ut nimis artificiosa uitauit (cf. Rehdantz. indic. pag. 176 s. u. *ὁμοιοτέλευτον*).

Deinde in oratione XXXIIII. ea exstat figura, quae κύκλος Hermogeni[1]) uocatur, §. 49 εἰπεῖν μὲν ὡμολόγει, οὐ μέντοι γ' ἐντὸς ὢν αὐτοῦ εἰπεῖν. Rarissime autem haec figura in Demosthenis orationibus adhibita est.

Παρήχησις occurrit §§. 32 μόνος μόνῳ et 35 πρὸς αὐτοὺς αὐτοί.

Figuram quam dicunt etymologicam exhibent §§. 1 συμβόλαια συμβάλλοντες et 12 τὸν λόγον τοῦτον, ὃν νυνὶ λέγει.

Venio ad ἀναφοράν siue ἐπαναφοράν, quae est „eiusdem uerbi crebra a primo repetitio": qua omnium oratorum atticorum constat frequentissime usum esse Demosthenem. Inuenies hanc figuram, qua summa orationis efficitur grauitas, his locis: orr. II. 31, III. 16, IIII. 44, VI. 24, VIII. 64, 65, 74, VIIII. 23, 34, 68, XVIII. 27, 48, 72, 81, 88, 121, 158, 170, 250, 310, 311, 322, XVIIII. 10, 63, 66, 72, 84, 119, 189, 232, 278, 282, 303, 334, XXI. 35, 61, 72, 97, 114, 203, XXII. 66, XXIII. 50, XXIIII. 30, 216, XXVII. 38, XXVIII. 18, 20, 23, XXXVI. 23, 38, 53, XXXVII. 44 bis, XXXVIIII. 34, 40, XXXXI. 22, LIIII. 28, LV. 13, 20, 35, LVII. 28, 46, al. — Cui simillima est ἀναδίπλωσις siue conduplicatio, quam primus in prosa oratione adhibuit Demosthenes[2]), ueluti XXVII. 57 οὐκ ἔστι ταῦτ', ὦ ἄ. δ., οὐκ ἔστιν, XXVIII. 20 βοηθήσατε οὖν ἡμῖν, βοηθήσατε, XXXXI. 22 τοῦτο δή, τοῦτο, ὦ ἄ. δ., μάθετε πρὸς θεῶν, II. 10, III. 33, IIII. 10, 18, 46, VIII. 28, 61, 77, VIIII. 36, XVI. 24, XVIII. 24, 139, 141, 208, 242, 308, XVIIII. 97, 123, 222, 224, 267, 296, XXI. 46, 112, 119, 174, XXII. 31, 78, XXIII. 127, XXIIII. 186, al. In nostra autem oratione neque ἀναφορᾶς neque ἀναδιπλώσεως occurrit exemplum.

Item διάλυσις (dissolutio) siue ἀσύνδετον, quod fit, cum „demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur", in oratione XXXIIII. non usurpatur nisi §. 4 οἱ νόμοι ἀπολογεῖ-

---

[1]) Hermog. περὶ εὑρέσεως IIII. 8 κύκλος — γίνεται, ὅταν ἀφ' οὗ ἄρξηταί τις ὀνόματος ἢ ῥήματος, εἰς τὸ αὐτὸ καταλήξῃ πάλιν, μήτε πτῶσιν ἐναλλάξας μήτε σχῆμα μήτε χρόνον μήτε ἀριθμὸν μήτε ἄλλο τι.

[2]) cf. Blassii l. l. pag. 147.

σθαι κελεύουσιν, οὐ κατηγορεῖν. At uero Demosthenis orationes abundant asyndetis, cf. II. 13, 25, 28, 30, 31, III. 7, 16, 18, IIII. 33, 35, 36, 40, VI. 19, VIII. 29, 36, 56, 57, 66, 69, 76, VIIII. 18, 27, 39, 40, 49, 58, 70, 71, 73, XIIII. 32, XVIII. 67, 80, 94, 96, 100, 117, 124, 125, 127, 159, 189, 195, 198, 215, 235, 237, 246, 248, 249, 257, 265, 295, 309, XVIIII. 23, 62, 65, 76, 93, 103, 109, 118, 139, 145, 146, 178, 190, 201, 208, 215, 220, 228, 265, 272, 343, XX. 10, 60, 100, 122, 141, 142, 150, 158, 164, XXI. 17, 38, 61, 72, 81, 106, 177, 182, 200, 201, XXII. 5, 27, 68, 70, 76, XXIII. 28, 35, 114, 136, 185, 207, XXIIII. 13, 38, 90, 101, 102, 119, 178, 184, XXVIII. 20, 23, XXXVI. 47 *ἄγεις εἰς μέσον, δεικνύεις, ἐλέγχεις,* 52 *ἐλαύνεις, συκοφαντεῖς, διώκεις,* XXXVII. 14 *ἱκέτευεν, ἐδεῖτο, ἠντιβόλει,* 52 *συκοφαντοῦντος, οὐκ ἀδικουμένου,* XXXVIII. 28 *τρεῖς οὐσίας, ἣν ἔλαβον, ἣν εἰςεπράξαντο, ἣν ἀφείλοντο,* XXXVIIII. 4 *εἰςήγαγεν, ἐποιήσατο, ἐγγράφει,* 9 *ἄρχων, βασιλεὺς, ἀθλοθέται,* 14 *γραφαὶ, φάσεις, ἐνδείξεις, ἀπαγωγαί,* 34 *πόλις, οὐσία, πατήρ,* ibid. *ἐπιβουλεύῃς, δικάζῃ, φθονῇς, βλασφημῇς,* 35 *τῶν πατρῴων ἔχεις τὸ μέρος· ἱερῶν, ὁσίων μετέχεις· ἀπάγει σε οὐδεὶς ἀπὸ τούτων,* LIIII. 7, 27, 30, LVII. 24, 54, 56, al.

Π ο λ υ σ ύ ν δ ε τ α porro, quae multo etiam frequentius quam *ἀσύνδετα* a Demosthene sunt adhibita, in oratione XXXIIII. his reperiuntur locis: §§. 25 prxx. *ἐξὸν δέ —,* (26) *καὶ τοῖς μὲν κτλ. —,* (27) *κἀκείνους μὲν οὐκ κτλ. —,* (ibid.) *καὶ νῦν μὲν κτλ. —,* (28) *καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κτλ.* et 31 *οὐκ ἐμοὶ, ἀλλ' ἑτέρῳ — καὶ οὐκ Ἀθήνησιν, ἀλλ' ἐν Βοσπόρῳ — καὶ τῆς συγγραφῆς σοι κειμένης Ἀθήνησι καὶ πρὸς ἐμὲ — καὶ ᾧ τὸ χρυσίον ἀπεδίδους ὄντος θνητοῦ καὶ πέλαγος τοσοῦτον μέλλοντος πλεῖν.*

Frequentissima denique hac in oratione sunt *ἀ ν τ ί θ ε τ α* siue contraposita. Quae cum longum sit exscribere omnia, unum alterumue proferre satis habeo. Conferas igitur §§. 1 *ἐγκαλοῦντες — ἐγκαλούμενοι,* 4 *ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν, οὐ κατηγορεῖν,* 5 *τί ὁμολογεῖται — καὶ τί ἀντιλέγεται,* 21 *καταγνῶναι μὲν γὰρ οὐκ ἐβουλήθη, ἀπογνῶναι δὲ τῆς δίκης ὤκνει,* 40 *ἵνα παρ' ὑμῖν εὐδοξῶμεν —, ἵνα ἀποβάλωμεν,* 46 *τοῦ μὲν οὖν δανεῖσαι —, τοῦ δ' ἀποδεδωκέναι,* ibid. *καὶ οὗτος μὲν —,*

ἐγὼ δέ, al. Saepissime cum enthymematis coniunctum est antitheton, cf. §§. 26 καὶ τοῖς μὲν —· τούτῳ δέ —; 27 κἀκείνους μὲν —· τούτου δέ —; ibid. καὶ νῦν μὲν —· ἐν Βοσπόρῳ δέ —; 28 καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες —· σὺ δέ —; 43 δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ μὲν —, εἶναί μοι κτλ., ἐπειδὴ δὲ —, μὴ φάσκειν κτλ.; 45 πάθοιμι μέντἂν τὰ δεινότατα, εἰ οἱ μὲν νόμοι —, ὑμεῖς δὲ —, 47 πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἄτοπον, εἰ — τὸ μὲν ὁμολογούμενον ἄκυρον ποιήσετε, τὸ δ' ἀμφιςβητούμενον κύριον ψηφιεῖσθε; 49 οὐκ οὖν ἄτοπον, εἰ — τὸ μὲν πρὸς τοῦ ἀποστεροῦντος πιστῶς ἀκούσεσθε, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ἀποστερουμένων ἄπιστον ἔσται παρ' ὑμῖν; al. Qui numerus antithetorum maior uidetur esse, quam ut possit probari.

Transeo nunc ad figuras sententiarum.

Atque ἠθοποιίας quidem duo exstant exempla, §§. 14 οὐδ' ὃ εἰκὸς ἦν εἶπε «Χρύσιππε, μαίνει· τί τοῦτον προςκαλεῖ; ἐμοὶ γὰρ ἀποδέδωκε τὸ χρυσίον» et 15 καίτοι εἰκός γ' ἦν αὐτὸν εἰπεῖν, ὦ ἄ. 'Α., «τί με προςκαλεῖ, ἄνθρωπε; ἀποδέδωκα γὰρ τούτῳ τῷ παρεστηκότι τὸ χρυσίον». In rarioribus autem haec figura est numeranda, quod quidem ad priuatas Demosthenis orationes attineat.

Deinde in oratione XXXIIII. ὑποφορά siue subiectio bis est usurpata: §§. 32 ἡ γὰρ συγγραφή με, φησί, τῷ ναυκλήρῳ ἐκέλευεν ἀποδοῦναι τὸ χρυσίον et 33 λέγει δ' ὡς ἡ συγγραφὴ σωθείσης τῆς νεὼς αὐτὸν ἀποδοῦναι κελεύει τὰ χρήματα.

Tum εἰρωνείαν hoc repperi loco: §§. 35 καὶ ὁ Λάμπις, ὅσα μὲν εἶπε πρὸς ἐμέ, πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι, οὐκ ἐντὸς ὢν αὑτοῦ φησιν εἰπεῖν· ἐπειδὴ δὲ τὸ χρυσίον τοὐμὸν ἐμερίσατο, τότ' ἐντὸς εἶναί φησιν αὑτοῦ καὶ πάντ' ἀκριβῶς μνημονεύειν.

Interrogationes porro in oratione XXXIIII., sicuti in Demosthenis orationibus genuinis, sunt frequentissimae; cf. §§. 14, 15, 17, 25 bis, 26, 27 bis, 28, 29 bis, 30, 33, 43, 47 bis, 48, 49. Sed tamen ab his illa differt eo, quod uni tantum interrogationi in ea subicitur responsio, cf. §. 50 μηδαμῶς; ὦ ἄ. δ., cum in Demosthenis orationibus saepissime responsiones addantur, uelut ἔγωγ' οἶμαι XXIIII. 57, 137, ἐγὼ μὲν (γὰρ) οἶμαι XIIII. 12, XVIIII. 294, XXII. 71, XXIIII.

179; cf. VIII. 18, XVIIII. 79, 115, 238, 299, XX. 23, 63, XXI. 35, 197, 218, XXIIII. 157, XXXI. 11, 13, XXXVIIII. 24, LIIII. 22, 43, LVII. 35; *οὐκ οἶμαί γε* LIIII. 20, *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι* VIII. 15, XVIIII. 330, XX. 4, 79, XXI. 115, 220, XXIIII. 53, 78, XXXVII. 38, XXXVIII. 12, *οὐδὲ τοῦτ' οἶμαι* LV. 13, *ἐγὼ μὲν οὐδένα ἡγοῦμαι* XIIII. 32, *ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ* XX. 12, XXIII. 133, *ἐγὼ μὲν (γὰρ) οὐχ ὁρῶ* III. 8, VIII 37, XX. 28, XXI. 158, XXIII. 137, *ἐγὼ μὲν γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι τοῦτον* XXXVI. 31, simil.; *οὔ* XVIIII. 294, *οὐδεμία* XVIIII. 221, *οὐδεμίαν δήπου* XX. 123, XXXVI. 25, *οὐδεὶς δήπου* VIIII. 15, XXI. 67, XXXVIIII. 40, *οὐδείς γε* LV. 13, *οὐδὲ εἷς* XVIIII. 92, 93, 294 bis, *οὐδὲ εἷς δήπου* XXXVI. 19, *οὐδαμοῦ* LVII. 55, *οὐδαμῶς δήπου* XVIIII. 215, *οὐδαμῶς δήπουθεν* XXVII. 59, *μηδαμῶς* XVIII. 315, XVIIII. 71, 343, XX. 8, 159, XXXVII. 56, 60, XXXVIII. 22, XXXVIIII. 36, simil.; *οὐκ ἔστι ταῦτα* VIII. 26, VIIII. 13, XVIIII. 223, 331, XXVII. 57, LVII. 53, al.; cf. etiam XVIIII. 137, 330, XX. 5, 134, 140, 154, XXI. 186, XXIII. 30, XXVII. 38, XXXI. 3, XXXVII. 27, 36, 50, XXXVIII. 25, XXXVIIII. 29, XXXXI. 5, LVII. 9, 17, al. — Nec minus Demosthenicae consuetudini repugnat, quod prorsus desiderantur in oratione XXXIIII. breues illae interrogatiunculae, quibus summa orationis alacritas efficitur, quales sunt: *αὗται δ' εἰσὶ τίνες;* XXXVII. 29, *ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν;* XXXVII. 36, *τοῦτο (ταῦτα) δ' ἐστὶ τί;* VIIII. 39, XXIII. 31, 33, 46, XXIIII. 171, 200, *τίς οὖν ἐστιν οὗτος* (simil.); IIII. 2, VI. 24, VIII. 7, VIIII. 5, 22, XV. 32, XVIIII. 166, 211, 217, XX. 41, 107, 134, XXIII. 24, XXXVII. 24, *ἔστι δ' οὗτος τίς* (simil.); IIII. 34, XVI. 15, XX. 154, XXII. 31, XXIII. 39, 54, 156, XXIIII. 215, XXXVIIII. 29, *τί γάρ;* XXXVI. 53, *τί γὰρ ἄν;* LIIII. 33, *διὰ τί;* XIIII. 9, XV. 28, XVIII. 26, 224, XVIIII. 53, 63, 103, 111, 210, 271, 284, 330, XX. 5, 108, 140, XXI. 24, 32, 106, 186, XXIII. 40, 54, 148, 188, XXIIII. 43, *τί δέ;* XVIIII. 231, 309, 330, XX. 119, XXXVIIII. 9, 12, 15, 16, 18, *τί οὖν;* VI. 7, XVIII. 147, 220, XVIIII. 221, 229, 280, XXI. 76, 217, *ἀλλὰ τί ταῦτ' ἐμοί;* LIIII. 17, *καὶ τί ταῦτα;* XVIIII. 287, *ἀλλὰ τί τούτων ἐμοὶ πρὸς σέ;* XXXVII. 57, *τί ἔτι λοιπόν;* XXXXI. 18, *τί οὖν ὑπόλοιπον;* XXI. 99, *ὑπὸ τοῦ*

ταῦτα; XXXVII. 50, τί τούτου σημεῖον; XXXVIIII. 35, τῷ τοῦτο δῆλον; XVIIII. 60, XXIII. 45, LVII. 61, νῦν δὲ τί ποιοῦσιν; XXVII. 38, καὶ τί ποιεῖ; XXXI. 3, LVII. 8, τί ἐποίει; VIIII. 15, οὗτοι δὲ τί ποιοῦσιν οἱ νόμοι; XXI. 30, τίνος οὖν ἕνεχ' ὑμῖν ταῦτ' εἶπον; XXXXI. 5, τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; IIII. 3, τίνος γὰρ ἕνεκ' ἔπειθον; XXXVII. 27, πῶς γάρ; XXI. 217, XXIIII. 35, XXXVII. 26, XXXVIII. 24, πῶς γὰρ οὔ; XVIIII. 67, πῶς οὖν; XVIIII. 124, 323, XXIIII. 92, ἀλλὰ πῶς; XXII. 51, XXIII. 31, XXIIII. 162, διαφέρει δὲ τί; VIII. 51, XVIII. 205, XXIIII. 83, τί δήποτε; VI. 7, XVIIII. 5, 164, XXI. 221, XXIII. 56, ἵνα τί; XVIIII. 257, λέγει δὲ τί; XXIII. 30, 46, πόθεν; τί πρὸς τούτοις ἔτι; al.

Ad extremum ἀποστροφῆς siue auersionis fiat mentio, quam figuram a Demosthene saepissime adhibitam esse uidemus. In oratione XXXIIII. sermo a iudicibus auertitur haud ita raro, cf. §§. 26, 27, 28, 30, 31, 32, 33; uerumtamen cum orationibus uere Demosthenicis huic orationi id intercedit discriminis, quod in ea aduersarius nec nomine neque aliis allocutionibus ab oratore compellatur, quales sunt ὦ βέλτιστε, ὦ φαυλότατ' ἀνθρώπων, ὦ κατάρατε, ὦ πάντων ἀδικώτατε, ὦ μιαρώτατε, ὦ συκοφάντα, ὦ μιαρὰ κεφαλή, ὦ κακὴ κεφαλή, ὦ μάταιε, simil., cum Demostheni has aduersarii compellandi rationes tantopere in deliciis fuisse uideamus, ut nullam scriberet orationem, in qua non uteretur earum altera aut utraque. Mitto afferre hoc loco ingentem copiam exemplorum, quae in publicis insunt orationibus: tantum dico in una „de corona" oratione plus quam quadraginta inueniri locos huc referendos, §§. 11, 21, 41, 49, 63, 66, 73, 76, 82, 97, 112, 113, 117, 120, 121 bis, 124, 128, 162, 180, 191, 196, 199, 208, 209, 222, 238, 244, 256, 257, 265, 270, 280 bis, 285, 289, 290 bis, 306, 309, 312, 315, 318 bis. Priuatae orationes minorem harum allocutionum praebent numerum, sed nulla praeter tutelares eis omnino caret, cf. orr. XXXVI. 52 ὦ βέλτιστε, XXXVII. 30 ὦ φαυλότατ' ἀνθρώπων, 36 ὦ Πανταίνετε, 55 id., 57 id., XXXVIII. 16 ὦ Ξενόπειθη καὶ Ναυσίμαχε, 24 id., XXXVIIII. 34 ὦ χαλεπώτατε Βοιωτέ, XXXXI. 16 ὦ Σπουδία, 26 id., LIIII. 40 ὦ Κόνων, LV. 5 ὦ Καλλίκλεις, 29 id., LVII. 31 ὦ Εὐβουλίδη, 32 id.

Haec habui, quae de ornatu figurisque orationis XXXIIII. dicerem.

Restat, ut pauca addam

de compositione orationis XXXIIII.

Primum igitur maxime offendendum est in nimio numero grauissimorum huius orationis hiatuum. Inueniuntur enim in quinquaginta duabus paragraphis circiter centum uocalium concursiones foedissimae, quarum nonnullas mihi liceat enumerare. Cf. §§. 1 *ἀκοῦσαι ἡμῶν — ἐγκαλούμενοι ὑφ'* 2 *ἀναίσχυντοί ἐσμεν — ἐν Βοσπόρῳ ἐπιδημησάντων — βοηθῆσαι ἡμῖν*, 3 *οὗτοι οὐ — γενέσθαι ἐν*, 5 *αὐτῷ ἀποδοῦναι — διηγήσασθαι ὑμῖν*, 6 *τούτῳ εἴκοσι — ἑτέρᾳ ὑποθήκῃ — ἐνθέσθαι εἰς — Πειραιεῖ ἐπιδανείζεται — λάθρᾳ ἡμῶν*, 7 *αὕτη ἐγένετο*, 8 *αὐτῷ ἀπενεγκεῖν — παραχειμάζοντι ἐκεῖ — ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἦν — δανεισταὶ εἴχοντο — αὐτοῦ οἱ*, 9 *ἐνθέσθαι εἰς — ἔφη ἐκπλεύσεσθαι*, 10 *ἀπεσώθη ἐν — ἐν τῷ Βοσπόρῳ ὄντος — τούτου ὁ — καί μοι ἀνάγνωθι* 11 *καί μοι ἀνάγνωθι — αὐτῷ ἐμοῦ — αὐτοῦ ἐν* — 12 *αὐτῷ ἀπαιτῶν — ἀεὶ ὡμολόγει ἀποδώσειν — ἤδη ἦν*, al. Demosthenem autem Cicero (orat. cap. 44) et Quintilianus (instit. orat. VIIII. 4, 35 prx.) laudant, quod „crebram uocalium concursionem magna ex parte ut uitiosam fugit“.

Nec magis rhythmicam illam, quam Blassius[1]) inuenit, huius orationis auctor respexit legem, secundum quam cauet Demosthenes, ne plus duabus deinceps breuibus syllabis utatur sine certis causis. Atque ut omittam eos locos, qui a Demosthenis usu non abhorrere uidentur[2]):

---

[1]) Cf. Blassii d. q. i. „über die Echtheit der Demosthenes' Namen tragenden Briefe“ (Progr. Königsberg, Wilhelms-Gymnas. 1875) pag. 7 et l. q. i. „die attische Beredskt.“ uol. III. part. I. pag. 99 prx. et Bodendorffii d. q. i. „das rhythmische Gesetz des Demosthenes“ (Progr. Königsberg, Friedr.-Gymnas. 1880).

[2]) quales sunt §§. 2 *συναπολέσαντα*, 13 *προσεκαλεσάμην*, 20 *παρεχομένου*, al. — 16 *μαινόμενον* || *ὥστε*, 18 *δικαστήριον* || *ἐδέοντο*, 34 *ψευδόμενος*. || *ἔκ τε*, 45 *δεινότατα, εἰ* — 1 *ὑφ' ἑτέρων*, 30 *μετ' ὀλίγων*, 31 *ὑπὲρ ἐμοῦ, πρὸς ἐμέ*, 37 *κατ' ὀβολόν* — 21 *ὁ Θεόδοτος*, 42 *ὁ νόμος αὐτός* — 3 *εἶναί φασιν πρὸς ἑαυτούς*, 8 *ἔλαβεν παρ' ἐμοῦ*, 10 *ἀπώλεσεν δὲ πλέον*, 32 *ἐκώλυεν παρακαλεῖν* — 34 *ὥρμησ' ἐπί*, al.

uitiose plus duae breues syllabae in hac oratione octoginta fere locis sunt positae, ut §§. 1 *ἐμπόριον εἰςαφικνούμενοι*, 7 *αὕτη ἐγένετο τοῦ*, 10 *προςανέλαβεν ἐπὶ τὸ κατάστρωμα — αὐτὸς μὲν ἀπεσώθη — οὔτε συνανήχθη*, 11 *προςέχετε τὸν νοῦν*, 12 *ἕτερος ἤδη*, 15 *οὐδέτερος αὐτῶν*, 16 *ὃ ἔλαχον αὐτῷ — ἔλαχον ἐγώ*, 18 *πρότερον εἰρήκει*, 21 *ὕστερον ἐπυθόμεθα*, 22 *οὗτος ἀποδώσειν — ἐνθέμενος εἰς*, 23 *δανεισάμενος ἐγγείων*, 27 *πρᾶξιν ἐδίδοσαν — ἐμπόριον ἥκων — συμβόλαιον ἐγένετο*, 28 *παρέλαβες ἐν*, 29 *γράμματα λαβών — χρυσίον ἀποδιδόντα*, 33 *αὐτὸν ἀποδοῦναι — ὁπότε γὰρ ἐν*, 35 *τοὐμὸν ἐμερίσατο*, 36 *δεινότερα τούτου*, 40 *ὑπάρχουσαν ἐπιείκειαν ἀποβάλωμεν*, 41 *παῖδα παραλαβόντα*, 42 *ἄμεινον ἀπελογήσατο*, 44 *πρότερον αὐτοί*, 46 *μόνον ἀναφέρει*, al.

Age nunc ad aliam, quae inter orationem XXXIIII. et Demosthenicas orationes exstat, ueniamus discrepantiam. Constat enim „nomina propria a Demosthene multo pluribus locis sine articulo quam cum articulo poni, et ita quidem, ut fere quintum quodque nomen proprium articulo instructum sit“ [1]). In oratione uero aduersus Phormionem scripta ternis sine articulo positis bina nomina propria respondent articulo instructa; occurrunt enim quattuor et quinquaginta nomina propria sine articulo et triginta septem cum articulo posita.

Animaduertit porro Wagnerus [2]) infinitiuum cum articulo coniunctum a Demosthene egregia arte et tam frequenter substantiui aut enuntiati loco usurpatum esse, ut ternis circiter paragraphis singuli infinitiui articulo instructi attribuendi sint. In oratione autem XXXIIII. nouem infinitiui huius generis reperiuntur, cf. §§. 2 bis, 21, 31, 33, 35, 42, 46 bis, h. e. in senis paragraphis singuli. Vides igitur, quantum discedat haec oratio a Demosthenis consuetudine. — Praeterea monet Stixius [3]), aduersus usum Demosthenicum

[1]) cf. Siggii diss. l. pag. 430 prx. et E. R. Schulzii diss. q. i. „prolegomenon in Demosthenis quae fertur orationem aduersus Apaturium capita duo“ (Lipsiae 1878) pag. 48 prx.

[2]) cf. d. q. i. „de infinitiuo apud oratores Atticos cum articulo coniuncto“ (Progr. Gymn. Frideric. Schwerin 1885) pag. 2 prx.

[3]) cf. d. q. i. „Zum Gebrauch des Infinitiv mit Artikel bei Demosthenes“ (Rottweil 1881 Progr.) pag. 11.

articulo carere infinitiuum §. 19 *οὐ γάρ ὅμοιόν ἐστιν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόςωπα ἐμβλέποντα τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν καὶ πρὸς διαιτητῇ.*

Jam uero de formulis dicatur, quibus orator iudices alloquitur. In priuatis Demosthenis orationibus centum septuaginta quattuor iudicum allocutiones inueniuntur, de quibus centum septem *ὦ ἄνδρες δικασταί*, sexaginta septem *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* exhibent uerba: ex quo intelligitur *ὦ ἄνδρες δικασταί* formula in priuatis orationibus saepius usum esse Demosthenem quam *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* formula. Prorsus aliam in oratione XXXIIII. cernas rationem. Usurpatur enim formula *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* duodeuicies, §§. 2, 5, 6, 7, 10, 12 bis, 14, 15, 16, 17 bis, 19 bis, 21, 34, 48, 49, cum *ὦ ἄνδρες δικασταί* formula nouies legatur, §§. 1, 22, 25, 29, 36, 37, 40, 43, 50. Respondent igitur singulae *ὦ ἄνδρες δικασταί* allocutiones binis *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* formulis. — Accedit illa quoque diuersitas, quod in hac oratione in binas paragraphos singulae iudicum allocutiones cadunt, in Demosthenicis uero orationibus in ternas paragraphos. Insunt enim centum septuaginta quattuor illae allocutiones in quingentis sedecim paragraphis.

Saepissime denique obtestationes siue inuocationes deorum ad iudicum animos incitandos a Demosthene adhiberi uel iis apertum esse puto, qui primoribus ut dicitur labris eius orationes gustauerint[1]); in quibus inuocandi et iurandi formulis frequentissimae sunt hae: *νὴ Δία, νὴ τοὺς θεούς, μὰ Δία, μὰ τοὺς θεούς, πρὸς Διός, πρὸς θεῶν, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*, sim. At in oratione XXXIIII. unam tantum reperies inuocationem eamque a Demosthene perraro adhibitam, quae est §. 29 *ὦ γῆ καὶ θεοί*: quae in genuinis orationibus non occurrit nisi praemissis aliis obtestandi formulis. Quod quo facilius perspicias, omnes obtestationes earum orationum afferam, quae *ὦ γῆ καὶ θεοί* uerba praebent. Legimus autem:

or. XVIII: *ὦ γῆ καὶ θεοί* 139, 158, 294; *νὴ Δία* 101,

[1]) cf. Rehdantz. ind. II. s. u. „Schwurformeln" et R. Kühnleinii d. q. i. „de ui et usu precandi et iurandi formularum apud decem oratores Atticos" (Progr. Neustadt a. d. H. 1882) pag. 59 et 72.

117, 251; νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς 129; μὰ Δία 261, 307; μὰ τοὺς θεούς 13, 111; πρὸς Διός 201, 256; πρὸς θεῶν 119, 120; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 199; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 285; ὦ πάντες θεοί 324; νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας θεούς 294.

or. XVIIII: ὦ γῆ καὶ θεοί 287, 311; νὴ Δία 46, 52, 158, 188, 215, 222, 235, 272, 285; νὴ τοὺς θεούς 24; νὴ τὴν Δήμητρα 262; μὰ Δία 141, 212, 285; μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς 67; πρὸς θεῶν 147; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 19, 45, 78; ὦ Ζεῦ 113; ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί 15; Ἡράκλεις 308.

or. XX: ὦ γῆ καὶ θεοί 96; νὴ Δία 3, 20, 38, 56, 58, 75, 161; νὴ τοὺς θεούς 151; μὰ τοὺς θεούς 21; πρὸς Διὸς 23, 74; φέρε γὰρ πρὸς Διός 66, 157; πρὸς θεῶν 38; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 43; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 167.

or. XXII: ὦ γῆ καὶ θεοί 78; νὴ Δία 69; μὰ Δία 33.

or. XXIII: ὦ γῆ καὶ θεοί 61; νὴ Δία 60, 64, 107, 124, 166, 194; μὰ Δία 48; μὰ τὸν Δία καὶ θεοὺς πάντας 188; πρὸς Διός 24, 60, 120, 142; φέρε γὰρ πρὸς θεῶν 106; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 186.

or. XXIIII: ὦ γῆ καὶ θεοί 186; νὴ Δία 37, 94, 99, 125, 126, 176, 202; νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον 121; μὰ Δία 28, 157; μὰ τὸν Δία 125; μὰ τὴν Ἀθηνᾶν 199; φέρε γὰρ πρὸς Διός 157.

or. XXXVIIII: ὦ γῆ καὶ θεοί 21; νὴ Δία 7, 9, 13, 14, 32; μὰ τοὺς θεούς 1; πρὸς Διός 10, 34; πρὸς θεῶν 37.

or. LV: ὦ γῆ καὶ θεοί 28; νὴ Δία 6, 17; μὰ Δία 26; πρὸς Διός 18; πρὸς θεῶν 18; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 9, 35.

or. [XXV.] ὦ γῆ καὶ θεοί 56; νὴ Δία 40, 42, 67, 73, 77 bis, 78, 79, 81; νὴ τὸν Δία καὶ θεούς 65; νὴ τὸν Ἡρακλέα 51; μὰ Δία 41; μὰ τοὺς θεούς 9, 48, 85; μὰ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς 13; πρὸς Διός 14; φέρε γὰρ πρὸς θεῶν 25, 73; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 31.

or. [XXXX.] ὦ γῆ καὶ θεοί 5; νὴ Δία 26, 32; μὰ τὸν Δία 57; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 53, 61.

or. [XXXXV]: ὦ γῆ καὶ θεοί 73; νὴ Δία 11; πρὸς θεῶν 81.

Addere liceat obtestationes earum orationum priuatarum, in quibus ὦ γῆ καὶ θεοί formula non occurrit. Est autem in or. XXXI: νὴ Δία 10.

or. XXXVI: νὴ Δία 39, 55; νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας 61; μὰ τὸν Δία καὶ θεούς 53; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 51.

or. XXXVII: νὴ Δία 27, 50; μὰ Δία 53; μὰ τοὺς θεούς 16.

or. XXXVIII: νὴ Δία 11.

or. XXXXI: νὴ Δία 12; μὰ Δία 20; πρὸς θεῶν 22.

or. LIIII: νὴ Δία 34; μὰ τοὺς θεούς 6, 26, 36.

or. LVII: μὰ τὸν Δία 42; πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 50, 59.

Haec de elocutione orationis aduersus Phormionem scriptae disseruisse satis habeo. Ostendisse enim mihi uideor alienissimam eam esse a Demosthenis genere dicendi.

